





Bibliothek der Kapuziner
Münster i. Westf.


1.



<36629669750018


Bibliothek
der Kapuziner
Münster
i. Westf.

PAROCHIAE MOGUNTINAE INTRA URBEM PRIMORES CONSPECTU HISTORICO-DIPLOMATICO

E MONUMENTIS ORIGINARIIS, CHARTARIIS MSS. ALIISQUE INEDITIS

UNA CUM

PROGRAMMATE

De Antiquitate OFFICII & STATUS Pastoralis, ac de utilitate scribendæ Historiæ Parochialis

NEC NON


SYLLABO SUPERIORUM

ARCHI-EPISCOPALIS SEMINARII

IBIDEM

EXPOSITÆ

A





JOANNE SEBASTIANO SEVERUS

PRESBYTERO MOGUNTINO.

Aschaffenburgi, Typis Alexandri Kauffmann, Typographi privilegiati.

1 7 6 8.

Qui bene præsunt Presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrinâ. I. Tim. V. ✝. 17.


Prospicere facta aliorum & inquirere bono animo vel ad utilitatem propriam, ut videlicet homo ex bonis operibus proximi provocetur ad melius - - - est laudabile secundum illud: ***Considerate vos invicem, in provocatione charitatis & bonorum operum.***

D. THOM. Q. 167. a. 1. & 2.

Est posteris utile ac jucundum huiuscemodi successiones legendo percurrere, ac subinde offendere modo hunc, modo illum nostri Nominis, Familiæ, aut celebris famæ virum, iam pridem, temporum antiquitate ex memoria deletum, qui hanc illamve olim spartam cum sui commendatione laudabiliter exornaverat.

DE GUDENUS Cod. Dipl. I. pag. 932.





REVERENDISSIMO,
PER-ILLUSTRI,
ac EXCELLENTISSIMO

DOMINO
D. FRANCISCO
PHILIPPO
VALENTINO

L.B. DE ET IN FRANCKENSTEIN
IN OCKSTATT,
ECCLESIÆ METROPOLITANÆ MOGUNTINÆ CANONICO CAPITULARI ET ARCHIPRESBYTERO, EMINENTISS. AC CELSISS. PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIO ACTUALI INTIMO ET CAMERÆ AULICÆ PRÆSIDI, NEC NON EQUESTRIS COLLEGII AD S. ALBANUM CANONICO CAPITULARI,

DOMINO SUO PERQUAM GRATIOSO.

REVERENDISSIME,
PER-ILLUSTRIS,
AC
EXCELLENTISSIME DOMINE
DOMINE
PERQUAM GRATIOSE!



On *uno ex titulo* TIBI REVERENDISSIME AC EXCELLENTISSIME DOMINE *hic* Moguntinarum Parœciarum CONSPECTUS *consecrandus erat: tum quod amplissimum* ARCHI-PRESBYTERI *Munus, cui ab antiquissimis retro temporibus Urbanæ hæ Mogonorum Ecclesiæ addictæ fuerant, adhuc magno honore expleas; tum quia* TIBI *fortunæ meæ Auctori reminiscentiâ non intermoriturâ memorem me gratumque probare constringor.*

Ea

Ea quam vivimus ætas vix arcum, portam aut vestibulum quoddam construit, cui scutum florum frondiumque corymbis implexum, ad minus rotundâ prominentiâ lævigatum, decoris causa in fronte non appendat.

Merito itaque Historiæ Moguntino-Parochialis processtrium Nomine TUO *Insigniisque exornandum erat; quia singularis* TUA *omnique tam Summorum quam infimorum, ore, deprædicata morum probitas, quotidianâ exemplorum copiâ statum illum ornatiorem reddit, quem in cognitionem referre ex antiquorum monumentis suscepi, nempe Presbyterorum.*

Magnum profectò Sacerdotio decus: TE Protomystam *habere antiquissimâ & nobilissimâ Stirpe profectum, quæ, in* ARBOGASTO *Anno Christi* DCCCXLVIII. *Equestris Prosapiæ annulos iam ostentarit, in* RODULPHO *Anno* MDLIII. Spiræ, *& in* CAROLO *Anno* MDCLXXXIII. Wormatiæ, *Episcopis & S. R. I. Principibus, effulserit: atque gloriosissimâ propagine Anno* MDLXVII. *ex* BARTHOLOMÆO *in Ramum* OCKSTADIANUM, *celeberrimosque Viros, puta in Nobilitatis Rhenanæ Capitaneos, Ordinis Joannitici Commendatores, Consiliarios & Archi-Satrapas Electorales, immortali cum laude longè latèque sese diffuderit!*

Maxi-

Maximum autem omni, adeoque & Curato, Clero, decus in TE *suspicimus, eoquod, postpositâ licet* Summi *Archi-Episcopalis* VICARII *dignitate, tamen adhuc & nomine & opere* ARCHI-PRESBYTER *idest Presbyterorum Antesignanus permaneas, cui*

Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria: Nobilitas sola est atque unica Virtus:

Patere igitur: ut tam splendido omnique Moguntiæ adamato Nomine CONSPECTUM *hunc Historicum Lectoribus commendatum jucundumque, me verò, censu licet paupere* TIBI *ex toto gratum reddere, animumque memorem præstare valeam: Modestiæ, Pietati, Ingenio & Virtutibus* TUIS, *quas præconiis efferre inhibes, Felicitatem diuturnam, omnemque qua tam beatus sis ut qui maxime, Fortunam quotidiano in Sacrificio ardentissimis votis adprecatus*

REVERENDISSIMÆ
AC
EXCELLENTISSIMÆ
GRATIÆ TUÆ

Servus & Cliens humillimus obsequentissimusque
JOANNES SEBASTIANUS SEVERUS
Parochus in Wallthürn.

Emendanda & notanda

PRÆFAT. pag. *e.* lin. 9. *publicarum* lege *publicam*
pag. *e.* 2. lin. 3. *penuria* *penuaria*
pag. *b.* lin. 8. *delitescentia* *delitescentia scimus*,

pag. 6. ad BARTHOLOMÆUM *Zehnder* adverte: hunc cum PETRO *Mayer*, *Waltbüræ* nato, & tunc *Francofurti* ad *Mænum* Parocho: fuisse virum valde doctum, quem, quia in causa REUCHLINI contra PFEFFERKORNIUM una cum Coloniensibus & Erfurtensibus REUCHLINO adversabatur, spurcissimis illis *obscurorum Virorum* nomine confictis *Epistolis*, ULRICUS de *Hutten* acerrime fuit insectatus.

pag. 38. lin. penult. *antrox* lege *antrax*, simul adverte *Albertum* pro insigni Zelo & scientiâ adhibitum & emissum fuisse in Palatinatum & Comitatum *Rhieneck* ad reducendos, qui â Catholicis sacris discesserant.

pag. 53. lin. 21. *Parochum credo* lege *Parochum vix credo.*
pag. 73. lin. 12. MCCCCXXXV. MCCCCXXXIV.
pag. 80. lin. 4. *Sptus* *Ppstus.*
pag. 90. lin. 17. *& iniuncta* *de iniuncta.*
pag. 122. lin. 6. *nullius* *nullis.*
pag. 147. lin. 17. *mersure* *mensure.*
pag. 152. * Supple *Notam* circa vinum *Frentzeswin* intermissam: Clarissimus WÜRDTWEIN, equidem Commentat. I. Archidiœces. Mog. pag. 106 & 107. nominis Etymon dedit; sed quia in prioris Parochiæ loco vineas excolere debui, quarum Botri in unâ *Hunici* seu *Heunisch*, in alterâ *Francici* sive *Frænckisch* olim plantati fuerant, id hic memorare volui, *Botros Francicos*, *Frænckische Trauben* in Franconiæ Regione ad *Tuberam*, illos vocari, quorum acini haud absimiles sunt illis, quos vocamus *Traminer*, *Treymænner*, nisi in hoc, quod acini Traminensium sub rubro colore, Francici vero sub viridi exsplendeant: Botri vero *Hunici*, Heunische *Trauben* sunt speciei ejusdem, quam Mogoni & acolæ Rheni *Quattler* vocant.

pag. 153.

pag. 153. lin. 2. *addunt* lege *adduntur.*

pag. 164. *Notes: Bechtermuntzios* non infimæ ſortis fuiſſe homines, qui Altaris S. NICOLAI ex jure Patronatûs in familia adhuc vigente, Fundatores præſumi debent, quod hic non intermittendum erat; quid ni is idem NICOLAUS *Bechtermuntz* fuerit, qui Typographiam *Altavillæ* in Rhingavia aluerit, ibidemque anno 1469. *Catholicon* JOANNIS *de Janua* excuderit, teſte MEERMANNO in Conſpectu Origin. Typograph. pag. 30. Vir non indignus ulteriori indagine!

pag. ead. * adverte: Domos Zum *Herbſt* & *Hammerſtein* anno 1568. majori ædificio acceſſiſſe, quod nunc eſt *Novitiatus* PP. Soc. JEſu. Confer infra pag. 233. & 234.

pag. 182. lin. 10. *XVII* lege *Num. XVII.*

pag. 186. lin. 2. *Fuldenſis* *Fuldenſi.*

Ead. lin. 7. *Nota* RAYMUNDUM *Peez* infra in ſerie Regentum omisſum eſſe ideo, quia valde brevi tempore id munus exegit.

pag. 198. lin. 5. *initia MS* lege *initia in MS.*

pag. 241. lin. 22. *CARPZOVIUM* lege *CARPZOVIUS.*

Cætera benevolus Lector ultrò emendabit.





PRÆFATIO.

DIcam satis acerbam hodieque in monumentis litterariis Moguntinis malè superstitem, quam spectatissimo primæ in Germania Metropolitanæ Clero quondam mordaciter CONRINGIUS scribere ausus est, (a) haud concoquere valentes, præsens Commentationis historicæ specimen contexendum assumpsimus, ne ab nostrûm, scilicet *Parochorum*, parte, *Historiam Patriam* prorsus extra curas relictam fuisse, dici sugillarive posset. *Ob Dicterium CONRINGII*

(a) Videatur JOANNIS Tomo Novo Scriptor. Histor. Mogunt. in Præfat. ad HUTTICHII Collectan. Antiq. n. III. ubi ex CONRINGIANA *Epistolica* ita habes loquentem: *Romana monumenta Moguntiaci cum primis, Ducum Romanorum primaria ad Rhenum Sede, non minus superant, quam alibi, saltem per Galliam. Sæpe numero profecto hactenus indolui, in tanto numero eorum, qui illis locis sacrâ pecuniâ lautissime aluntur, neminem repertum, qui huc otium suum contulerit.* Cavil-

 lus

lus in Clerum satis sallus! leviusne ferent sequaces & Asseclæ CONRINGII neglectum rerum magis nostrarum?

Et res Patriæ à Parochis scribi neglectas

Equidem omni, tum Canonicorum æque ac Regularium (*b*), quam Curatorum, venerandæ classi, commune illud semper extitit felicitatis & honoris ornamentum, ut Viros elegantis doctrinæ copiâ florentes, Scriptoresque (*c*) scientiarum varietate præstantissimos exhiberent, nullo non tempore prorsùs eximios; veruntamen inter Curatos Pastoresque extitere admodum pauci, imo forrasse nulli, (*d*) qui *Historiæ Moguntinæ rerumque in Patria benè gestarum* memorias perquirendo, vel hoc in tramite, quem non negligi CONRINGIUS petiit, operam quandam collocâsse noscuntur.

(*b*) Utinam dudum à JOANNIDE & *Oliverio* LEGIPONT promissa *de Doctis Moguntinis* prodiret Dissertatio, ad quam nec parvam è collectaneis conferre possemus Symbolam! quantùm Cleri hujus venerabilis obtrectatores retunderentur, si ex ipsis Præsulibus Moguntinis, Canonicis, Vicariis tam primi quam secundi Cleri, Religiosis ex omni Instituto, Scriptores non Proletarii *ingenti numero* exhiberentur? Proh si vel è vicinia terræ Odonicæ & Moguntinæ prognatum ostentaremus Abbatem Gottwicensem BESELIUM, pro communi Patria Mabillionem germanicum? (*c*) Inter alios fuêre JOANNES *de Lutrea* ad S. IGNATIUM Moguntiæ anno 1479. Parochus; Confer. TRITHEM. Catal. Viror. Illust. GEORGIUS MOLITORIS ad S. GEORGIUM *Erfurti* Paroch. 1484. vide MOTSCHMAN. Erford. Liter. Collect. 5. Sect. 2. TRITHEM. de Scriptor. Eccles. CONRADUS HENSEL Paroch. ad S. BARTHOLOMÆUM Francofurti. 1495. LERSNER Chron. Francofurt. T. II. L. II. c. 33. HENRICUS

PFLE-

PFLEGER anno 1597. & VALENTINUS LEUCHTIUS qui ☉ 1619, ibidem Parochi, quorum Opera adhuc manibus teruntur. JOANNES GODFRIDI de *Odernheim* Parochus in *Oppenheim* anno 1494. ut EISENGREIN testatur in Catalo. testium veritatis f. 162. JOANNES BRIGELIUS anno 1647. Parochus in *Eltvil*. Ut taceamus QUIRINUM KUNCKEL, MARTINUM ENGELHART ad S. QUINTINUM Moguntiæ: HENRICUM MATTHIAM KAUPPERS *Oestrichii* &c. &c. Plebanos. (*d*) Etenim non nisi *brevissimè* quasdam Historiæ Moguntinæ particulas aliqui attigêre, veluti 1674. ANDREAS EISENHUT Parochus in *Wallthürn* Historiam profusi ibidem *S. Cruoris*. 1675 ADOLPHUS GODEFRIDUS VOLUSIUS Parochus Metropolitanæ Moguntinæ, Vitam *S. WILLEGISI*. 1747. P. A. M. Parochus in *Steinheim*, Ord. S. Ben. Historiam de Cruce miraculosa in *Nider-Steinheim*.

Quapropter dum non tantùm priori, quod abiit, Sæculo, sed & moderno, quod ultra medium emensi sumus, XVIII, præter Religiosorum & Sæcularium lucubrationes, quorum nomina vel nudè recensuisse nimis prolixum foret, etiam homines Ecclesiastici tum exteri tum Cives, Historiæ Moguntinæ vel eruderandæ vel illustrandæ industriam valde laudandam contulerint, & in dies conferant; ex parte quoque *Curati Cleri* aliquid conandum mihi videbatur, quo dilectissimæ Patriæ amorem cultumque, ceu par est, gratum vel labore quantulocunque palam profiteremur. *Paranda videbatur.*

Insuper cum Civium proborum semper fuerit, eam, quam muneris in Republica susceperunt conditionem, tam moribus exequi, quam æstimatione colere: Hancce *de Parochiis* commenta- *Parochorum Historia,*

 menta:

mentationem suscepimus vel alterâ hac maxime de causâ, quia sæpe doluimus, quod inter tot sacros cultui divino per amplissimum Moguntinæ Ecclesiæ agrum dicatos Viros, nulli sint, quorum memoria tam neglectim habita, & supinâ rerum incuriâ magis obvoluta reperiatur, quam *Parochorum*, seu Presbyterorum illorum, qui diei & æstûs pondus (onus sane humeris Angelicis formidandum) portantes, numerosissimis Fidelium in greges quaquaversum dispositorum cœtibus præfecti, cum dispendio virium & quotidiano vitæ periculo pro salute earum excubant, Spirituque sapientiæ & intellectûs repleti, in medio Ecclesiæ os suum ad erudiendos multos in justitiam adaperiunt, atque *munere Sacerdotali*, quod â Salvatore Deo *in labores Apostolicos primario* collatum est, perfectiùs omni ex parte, atque officio ex proprio, defunguntur.

Et ostendendam Ne autem iis, qui nil nisi magna stylo excuti volunt, tali in argumento versari videamur atque materiâ, quæ vix labore quopiam copiâque digna sit: aliis è contra, qui non unâ de re circa ipsam lucubrationem præmoneri cupiunt, in nullo desimus, duplici hoc Procemium Parte complecti statuimus, ita, ut

I. *Antiquitas tam Officii quam Statûs Pastoralis:*

II. *Finis, & Utilitas hujus Conspectûs historici*

exhibeantur.

§. I.

§. I.

Antiquitas OFFICII & STATUS *Pastoralis.*

RES nobis est cum Catholicis; quis enim nescius erit, quantas per ambages Domini Protestantes circumeant, ut & Regimen Hierarchicum orthodoxorum (ad quod etiam status Parochialis revocari debet) adversùs institutiones Apostolicas penitùs immutent ac evertant. BOEHMERUS (e) cum sequacibus exemplo esto: qui quasi pragmaticè rem deducturus, post longum circulum, quo usque ad NUMAM Romanorum Regem devenerat, Origines Parochiarum â templorum multitudine indeque surgente *Cleri dominatu*, gentilium mores æmulante tandem deducit. Adeoque cum simul asserat: quod tempore *Ecclesiæ purioris* (ita Auctor vocat Sæcula CONSTANTINUM M. antecedentia, adhuc *vacua â mundo & dominatu Ecclesiastico*) nulla pro Christianis extiterint Templa: ipsum inde Jus Parochiale, ceu seriùs enatum fuisse contendit, nec nisi per ambitionem Clericorum, unde diversis subordinationibus occasio facta fuerit, ad imitationem Regiminis civilis, Parochias in Ecclesiam invectas, omni quâ potest arte adlaborat evincere. *ex principiis Catholicorum*

(e) In *Jure Parochiali.* Sec. II. cap. II. n. XXXII.

Arctum pagellarum harum foret transcendendum, si pauxulum veri, quod immani criminatione Vir tantus polluere non veretur, inde ab incrustatione nimiâ, calce glareâque duriori purgare vellemus; ipsimet infra fatebimur primitùs Epis-

copos Pastorale munus, quantùm licuit, fermè solos exercuisse, nec eum protinùs, qualis in pacatiori ævo formatus est, fuisse in prima Ecclesiæ juventa Parochiarum Statum. At ante Sæculum IV. plane nullos ex Sacerdotibus extitisse Curatos, minime concedere possumus.

Neque is præcipue scopus scriptillationi nostræ præfixus est, ut certamine inito contra Dominos à Sacris nostris alienos pro antiquitate Parochiarum depugnemus, sed ut *officium pro animarum cura Apostolicum*, & *Primigenium* Presbyterorum fuisse *munus* evendicemus, indeque ostendamus: Parochiarum Historiam haud secus quam par est esse suscipiendam.

Ut autem comprobemus illa adversariorum critiria nobis nostroque conatui minime obfutura, sufficiat LINCKII pauca verba in limine suscepisse, quæ quia idem sibi l. cit. §. 6 in fine exscripsit BOEHMERUS, satis pro nostra parte perorant, dum ait: *Concedimus ab Apostolis Christianæ Fidei propagatoribus, utique constituendos fuisse, qui curam haberent animarum, & Ecclesias jam fundatas in vera Fide conservarent, vel in novas quasi colonias producerent, & sic Regnum Christi dilatarent.* Ex quibùs verbis, uti & aliis momentis, quæ Theologi & Canonistæ nostri sæpe sæpius regesserunt, nullarum partium Lector intelliget, an pro vero habenda sint, quæ Author ibidem tum præmisit tum subjunxit.

Interea satis esse posset ad commonstrandum: nos in eruderandis Parochorum Catalogis, Parochiarumque Statu haud proletarium narrationis genus esse amplexos, si Doctoris gentium testimonium invocaremus dicentis: (*f*) *Qui bene præsunt Pres-*

Presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina. Verùm, ut ii qui nobis munere Fratres sunt, bonum agentes non deficiant, aliorum autem nemo ministerium nostrum despiciat, ex solido atque conquisitis rationibus probandum erit, ceu supra asseruimus: *Officium Sacerdotum à Redemptore nostro in labores Apostolicos* id est *pastorales, primariò fuisse collatum.*

(*f*) I. Tim. V. ℣. 17.

Et quoniam hodiernis moribus non omnes Presbyteri *eadem & omnia* cum aliis munia subeunt, in *triplicem* eosdem Classem dispescere visum est, quamvis eandem potestatem in sacra Ordinatione sortitos. *Quod è varia classe Sacerdotum.*

Alii enim I. sunt *Presbyteri*, sic dicti *merè Missatici*, qui nulli certæ Ecclesiæ, aut sacro Officio adscripti ex fidelium eleemosynis de Altari viventes, modo in hac, modo in alia Ecclesia, prout Stipendia assignantur, Missas concelebrant.

Alii II. sunt, qui, præter ministrationem Sacrificii, ad certas Ecclesias adstricti *in verbo & doctrinâ làborant*, tum elementa Fidei Institutionibus Catecheticis tradendo, tum mores bonos & ad sanctitatem compositos prædicatione assiduâ inculcando, tum & Sacramenta ægrotis æquè ac sanis cum piis monitis & salubri consolatione impendendo, seu ut paucis complectar: *Officium Pastorale exercendo*; quibus innumeri omnium ferme â Sæculo XIII. in Ecclesiam invectorum Religiosorum Ordinum Sacerdotes, sanctâ & Zelosissimâ fatigatione, ceu

ceu *Socii*, ob conclusam ingentem piscium copiam ex navi altera subsidio veniunt, & utilissime associantur.

Demum sunt III. ii, qui præter latreuticum Immolationis Sacratissimæ munus, tam inter *Clericos*, quos vulgus nuncupat *Sæculares*, quam inter *Religiosos* asceticen professos, & cum Magdalena ad pedes Domini sedentes, sacræ Psalmodiæ & Choro deputati, statis horis divinæ laudi, variisque in Templis, ad quæ per contubernia sunt delecti, pro populo Dei indies vacant, quin animarum pascendarum curâ necesse habeant occupari.

Qui vero *Capellanorum* nomine Pastores coadjuvant, aut qui Magnatum Filiis pro utraque scientiâ additi sunt Presbyteri, merito ad classem secundam, & qui certis Sacellis Altaribusque piâ Fundatorum mente haud parvo numero reperiuntur adstricti, vel ad tertiam, vel ad secundam quam diximus Sacerdotum classem ex primævæ institutionis litteris erunt revocandi.

Variâ laude conspicuorum.

Non hic de sanctis devoti cordis motibus, non de exemplari vivendi methodo, non de profundiori mysteriorum divinorum sacrarumque legum notitia & scientia disceptamus; scimus enim bene multos, qui extra sortem Curatorum vel in Collegiatarum Ecclesiarum vel Religiosorum Ordinum cœtibus degunt, præter summam in omnibus scientiis eruditionem, in vario multoque pietatis studio cum laude florere, & populo Christiano suis precationibus in supplementum esse, quas illi ob res familiares mundanasque varietates, tam liberaliter, ac alias deceret, fundere impediuntur. Absit quoque, quod hisce

ce *Canonicorum* æque ac *Regularium*, nonnisi Choro vacantium laudatissimis Institutis & Collegiis sua exinde decora & copiosas in variis prærogativas invidere, vel clanculariâ machinatione impetere æstimemur.

Quanquam ingenuè fateamur, *primam*, seu potiùs imam, Presbyterorum *Classem* exiguo cum fructu, imo non sine magno Sacerdotii dedecore in Ecclesia retineri: utpote quorum plures non lucrandarum animarum causâ de pago in pagum, aut pro longis & statis orationum Suffragiis in utilitatem fidelium promendis, sed acquirendi & in detestabili otio devorandi panis ergo, è Templo in Templum decurrunt, Missasque potiùs ob quæstum præcipitant, quam cum debita pietate & mentis devotione perficiunt.

Clericos nulli Ecclesiæ, nulli sacræ Communitati vel inter Canonicos, vel inter Regulares adscitos, nisi Pastores in villis oppidisque forent, iam ante nongentos annos Sancta Moguntina exhorruit Ecclesia. (g) Nemini ergo mirum esto istud genus Sacerdotum de sapienti Consistorii Moguntini ante plures annos constituto, exolere fuisse jussum.

(g) Can. XXII. Concil. Mog. de anno DCCCXIII. „ *De Clericis* „ *vagis*, *seu de acephalis*, *id est his qui sunt sine capite*, *neque in* „ *servitio Domini nostri* „ Imperatoris „ *neque sub Episcopo* „ (in Domo Canonica, seu in titulis ruralibus) „ sed si„ ne Canonica vel regulari vita. . . . Ha„ bentes signum Religionis, non Religionis officium, „ *Hippocentauris similes*, nec equi nec homines. Tales om„ nino ubicunque inventi fuerint, præcipimus ut Epis„ copi sine ulla mora, eos sub *Custodia* constringant *Ca*„ *nonica*, & nullatenus eos ampliùs ita errabundos & „ vagos

„ vagos secundum desideria voluptatum suarum vivere
„ permittant &c.

Unice disquirimus : quinam Sacerdotes ex triplici hac classe *Officium Presbyterorum* , *quale ab Apostolis ex Christi Instituto ordinatum est, pro sua agendi obligatione*, *magis assequantur?*

(Cum nulli Psalmis & Sacrificiis Solummodo deputari potuerint)

Profectò si ad prima nascentis Ecclesiæ incunabula oculos reflectamus, vix Presbyterum alium , quàm *curæ animarum* vel in *Socium Episcopo*, vel in *Rectorem* vico aut pago deputatum inveniemus. Necdum enim evicit AMORTIUS (*b*) contendens : ab ipso Apostolorum ævo *Canonicos* extitisse, qui secretiori pietati ad commune contubernium delecti *oratione solummodò & Sacrificiis* occuparentur ; præterquam enim, quod Presbyteri unâ nonnisi Arâ existente, ceu infra dabimus, rarò & nonnisi de jussu Episcopi Missam celebrarent, haud extra considerationem linquendum videtur : temporibus primis, ubi per tria Sæcula immanes, præcipuè in Clerum, effervescebant persecutiones, minimè facile fuisse integras ad psallendum turmas adunari conservarique ; ceu provide advertit EMMANUEL *de* AZEVEDO (*i*) dicens : *Cum enim hisce temporibus Presbyteri & Clerici ob graves tantummodo Ecclesiæ necessitates ordinarentur, nulli proinde ad cantandas Deo laudes extra Sacrificii tempus fuère destinati.*

(*b*) Tractatu edito 1747. sub tit. „ *De veteri & nova Discipl. Canonic. Regul. & Sacul.* „ (*i*) In Dissertat. *De priscis Christianorum conventibus*, quam ZACCARIA subjunxit FLEURII Tractatui *de Disciplina populi Dei in N. T.* Dissert. VI. p. m. 92.

Ut

Ut tamen ista cum pondere discutiamus, ex primis ab ipso Salvatore datis initiis, tum Apostolicis è Scriptis rem deffinire oportebit.

Et quidem si Ministrorum, quorum adminiculo purior lex gratiæ ab ipso Redemptore data & explicata, orbi quaquaversum omni invehenda erat, institutionem prorsùs primam recolere velimus, nonnisi bina, *Discipulorum* nempe & *Apostolorum* distincta per Christum munera habemus, (*k*) quæ tamen officia (licet Discipuli minore quam Apostoli potestate gauderent, & è Discipulorum Classe Apostoli seligerentur, (*l*) utrimque in unam reciderent obligationem, nempe per vicos & Castella (*m*) Regnum cœlorum annuntiandi & morum vitæque immutationem prædicandi. Quod quam manifeste probet sacrum & primo primum Ecclesiæ Ministrorum munus unice *in animarum cura*, ordinatione divina, collocatum fuisse, nemo ullus non videt. *Sacerdotale primævum officium & munus tenetur.*

(*k*) *Luc.* c. VI. ℣. 13. X. ℣. 1. *Matth.* X. ℣. 2. *Gratian.* Dist. 2. & Can. 2. *in novo.* . . ibid. (*l*) *Act.* 1. ℣. 21. *Hieron.* ad Marcellam. (*m*) *Matth.* X. ℣. 7. *Luc.* VIII. ℣. 1. IX. ℣. 6. X. ℣. 16.

Præterea scimus TITUM à PAULO monitum fuisse, ut Presbyterorum instituendorum curam gereret: *Reliqui te Cretæ* ait S. Doctor (*n*) *ut ea quæ desunt corrigas, & constituas per civitates Presbyteros:* puta in majoribus civitatibus *Episcopos*, in minoribus *Pastores* ita explicat & declarat S. LEO (*o*) temporibus illis longe proximior, adeoque traditionis Apostolicæ magis conscius ac hypercritici recentiores. *Presbyteri.*

(*n*) Tit. 1. ℣. 5. (*o*) Epist. 87. ad Episcopos Africæ. c. 2.

 At

At enim quale in munus Ecclesia Presbyteros habeat? Scriptura ex Scripturâ, Paulus ex Paulo explicandus erit.

Antequam verò illud conficiamus, ipsi nobiscum statuere debemus: quot numero Episcopi uni eidemque civitati fuerint impositi? nemo certe, nisi omnium temporum doctrinæ, servatisque tot Episcoporum catalogis adversari velit, præter *unum*, alium vel plures *pro eodem loco* constitutos dicere poterit Episcopos.

Ad regimen animarum instituti.

His itaque prævié firmatis, denuo audiendus erit PAULUS, gravem Ecclesiæ Ministris muneris obligationem denuntians, *dum â Mileto mittens Ephesum vocavit majores natu Ecclesiæ*; (*p*) sic nempe profatur: *Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit regere Ecclesiam Dei.* En! *regere Ecclesiam Dei*, quod idem est *ac animarum curam habere*, proprium est *Presbyterorum Officium*, in quod ab Apostolis, seu potiùs à Spiritu S. *primitùs* instituti & secretione Apostolicâ per civitates dispositi & collocati fuêre. Sicut enim Episcopi ex institutione divina locum Apostolorum tenuerunt, ita eadem ratione Presbyteri in vicem Discipulorum sunt ordinati, quos misit Dominus ante faciem suam in quamcunque civitatem & locum, quò erat ipse venturus (*q*)

(*p*) Actor. xx. ỷ. 17. (*q*) cit. Luc. x. & Dist. xxi.

Et Episcopis subjuncti,

Nolim dicas PAULUM loqui *Episcopis*, non item Presbyteris! revoca quæso menti quæ ad initium hujus probationis moniti causâ dicta sunt! respondebitque tibi Eruditissimus VAN ESPEN. (*r*) *Licet solo Episcoporum nomine utatur Apostolus,*

ſtolus, nihilominus & ad Presbyteros gregem Chriſti paſcentes loquitur, eoquod nomine Epiſcoporum ex phraſi ætatis & Presbyteri ſignificabantur.

(*r*) Supplement. in Jus Univ. Eccles. P. I. Tit. III. ad n. V.

Hauſit hanc interpretationem Vir antiquitatis Eccleſiaſticæ ſtudioſiſſimus ex S. HIERONYMO Apoſtolicæ traditionis bene gnaro, atque textum Paulinum ita exponente: (*ſ*) *Episcopos hic non ſolum Pontifices, ſed & Presbyteros intelligimus, non enim in una civitate plures erant Epiſcopi; hoc etiam in Apoſtolorum Actibus invenitur.* Pluribus idipſum dicit Canon X. Concilii Aquisgranenſis de anno DCCCXVI. (*t*) Conſentiunt quoque CHRYSOST. THEOPHILACT. OECUMEN. & alii apud *CORN. à Lap.* (*u*) Quorum non tam authoritate, quam à majoribus hauſtâ & traditâ diſciplinâ res deffinitur. Liceat quæſo laudati CORNELII animadverſionem ex toto tranſcribere, quia iis, quæ forſitan obmoveri poſſent, eruditè ſatis præcavet. Ita autem habet: „ *Dices: cur* ergò olim „ *Presbyteri* vocabantur *Epiſcopi*? ℟. Duas ob cauſas: *prima* „ eſt, quam dixi, quia in ordine ſummo, qui eſt *Sacerdotii*, „ Presbyter par eſt Epiſcopo. *Secunda* quia olim ante Schisma „ (ut ait HIERON. in I. ad *Tit.*) non tam auctoritate & ju„ risdictione diſtinctâ & diuisâ, quam *communi Presbyterorum* „ *Conſilio, labore & Spiritu regebantur Eccleſiæ*, unde *Presbyte„ ri* dicebantur, & erant *Epiſcopi*, id eſt *Inſpectores* & *Corre„ ctores* morum populi *cum Epiſcopo* propriè dicto, imo & in „ *Conciliis* conſidebant cum Episcopis, ſententiamque rogati „ dicebant, ut patet Act. XV. ℣. 6. *Conuenerunt* inquit *Apo-*

 ſtoli

„ *stoli & Seniores* (Presbyteri) *videre de verbo hoc.* Hæ ergo
„ sunt causæ, cur utrique dicti sint *Presbyteri* & *Episcopi.* Po-
„ stea verò cum cresceret Ecclesia, & numerus Fidelium, at-
„ que *ad eum ritè gubernandum* opus esset debito ordine &
„ subordinatione Ministrorum, *sub uno Rectore Episcopo*, cum-
„ que (si credimus HIERONYMO) Presbyteri primâ illa
„ Episcoporum communicatione abuterentur, iisque insolen-
„ ter æquari & præesse vellent, ac facerent schismata; tunc
„ Episcopi suam Auctoritatem & Præeminentiam tueri cœpe-
„ runt, omnibusque prælati sunt. Id autem factum est tem-
„ pore Apostolorum sub ipsa Ecclesiæ initia, cum hic diceret:
„ *Ego sum Cephæ*, hic, *Ego Pauli*; ille *Ego Apollo:* I. Cor. I.
„ v. 12. Id patet: I. Tim. V. *Adversus Presbyterum* inquit
„ *accusationem noli recipere nisi sub duobus aut tribus testibus*.
„ Tempore PAULI ergo TIMOTHEUS tanquam Episcopus,
„ Presbyterorum erat Pater, Judex & jurisdictione superior.
„ Sic TITO jubet Apostolus, ut constituat *per civitates Presbyteros.* Sic IGNATIUS ad Trallianos & ad Smyrnenses:
Presbyteri inquit *subjecti estote Episcopo.*

(*s*) In Epist. ad Tit. c. 1. (*t*) apud LABBE: T. VII. Concil. HARZHEIM. T. I. Conc. German. p. 440. (*u*) Commentar. in Epist. ad Philipp. c. 1. v. 1.

Tantum exspatiari oportebat ad commonstrandum è verbis Pauli, quod sollicitudo pro pascendis animabus dirigendisque, ab initio in munus Presbyteris impositum fuerit.

Primitus erant Presbyteri pauci

Extra semitam diverteret, quisquis prima plantandæ Ecclesiæ tempora ad statum remotiorum sæculorum emetiri vellet atque dijudicare. Non ea fuit illo ævo Sacerdotum frequen-

quentia, nec tanta quanta ab ultimis Sæculis usque nunc passim conspicitur Altarium copia. Messis quidem multa sed operarii pauci. Et quamvis Episcopi in Prædicando & Baptizando potiores haberent partes, Presbyteri tamen in erudiendis Catechumenis, visitandis captivis & ægrotis, convertendis infidelibus, fovendis pauperibus, una cum reliquo Clero tam multipliciter exemplo Marthæ erant impediti, ut officio Magdalenæ in Psalmis decantandis, officiisque precum absolvendis *unice* intendere minime valuerint. Quam immensa undique Christianorum copia, quam pauci è contra pro tanta multitudine ordinati Presbyteri!

Agedum! evolvamus trium primorum Sæculorum fastos, unde Ordinatorum Sacerdotum numeros explicare valeamus.

Producamus è Sæculo I. & II. CLEMENTEM & EVARISTUM. (*w*) De priori legimus: „ Hic fecit *Ordinationes* „ *tres*, *Presbyteros decem*, Diaconos duos, Episcopos per diver- „ sa loca quinque per mensem *Decembrem* „. De altero, qui Sæculo II, anno CXXI, juxta BARON. vel ex crisi PAPEBROCHII anno CVIII. de medio sublatus est, ista habemus: „ *Hic titulos in urbe Roma divisit Presbyteris*, & septem Diaco- „ nos ordinavit, qui custodirent Episcopum prædicantem pro- „ pter stylum veritatis. Hic fecit *Ordinationes quatuor*, *Pres-* „ *byteros septemdecim*, Diaconos novem, Episcopos per diversa „ loca quindecim. „ Similia pro Sæculo hoc habentur; E. G. de SOTERE, qui anno CLXX. adhuc sedit, & Presbyteros nonnisi XVIII. ordinavit. De S. VICTORE qui intra novem annos Regiminis duabus Ordinationibus *quatuor* duntaxat Presbyte-

Ceu probatur ex veteri Libro pontificali:

byteros creavit. Mittimus ex Sæculo III. S. URBANUM qui Presbyteros *octodecim*, PONTIANUM qui tantummodo *novem*, instituêre; FABIANUS equidem quinque Ordinationibus, XXV: EUTICHIANUS, XIV, totidem Ordinationibus sacrâsse leguntur; at numerus apud reliquos Pontifices magis semper minutus mansit: etenim LUCIUS I, IV; STEPHANUS I, V: SIXTUS I, IV: DYONISIUS, FELIX I. & MARCELLINUS, VIII: binâ à quolibet horum Pontificum habitâ Consecratione, fecerunt esse Presbyteros. Et quid XXV. illi sub FABIANO recensiti Sacerdotes inter tantos numerosissimosque quaquaversum Christianos? Imo cum pace reddita Sæculo IV. Ecclesiam longissimè dilatatam, & sublatis persecutionibus, mirum in modum diffusam habeamus, atque iam ruri plurimas Parochias numeremus, attamen DAMASUS, qui anno CCCLXXXIV. obiit, & *sedit annos septemdecim*, solummodo creavit intra tantum temporis *Presbyteros XXXI*, *Diaconos XI.* &c.

Sit etiam, quod tamen necdum ex plane compertis est, has Ordinationes pro *sola Roma* celebratas fuisse, nihilominus si urbem tantam, ingentemque quem Martyrum acta produnt Christianorum populum inibi degentem expendere quis velit, perpaucos fateatur necesse est extitisse semper Presbyteros pro civitate tam copiosa amplissimeque diffusa,

(*w*) Catalogis utimur vetustissimis, queis Doctissimi PP. Antverpienses HENSCHENIUS & PAPEBROCHIUS Chronologiam Pontificiam in *Propylæo ad Majum* illustrare voluêre, quibus plerumque concordat Liber Pontificalis, quem SANDINI in Historiâ Pontificum Romanorum adhibuit.

Quan-

Quanquam & eam, quamcunque quis voluerit, concedamus Sacerdotum ingentem copiam; illos tamen vel *animarum curâ* occupatos, aut prorsùs muneris sui vacuos fuisse credendum erit. Quid enim pro Ordine tam sublimi agerent, cum nonnisi *unica* in quavis Ecclesia *primitùs* prostaret *Ara?* prout pluribus exponit THOMASSINUS (*x*) dicens: *Ut enim Episcopus unus ita & Ecclesia una, & Altare unum ubi Sacra facienti Episcopo adessent omnes Presbyteri, & Eucharistiam acciperent, ut oblationis consortes, & Hostiæ participes: Offerent autem ipsi nunquam, nisi absente Episcopo, aut jubente.* Quodque non diffitentur Viri celeberrimi *Prosper* LAMBERTINUS (*y*) & MERATI (*z*) Integra profectò conficienda foret & fieri posset Dissertatio, si de *unâ* tantummodo antiquitùs celebratâ *Missâ*, *unâque arâ* longiorem sermonem protrahere animus esset. Sed filum abrumpimus contenti ista ex authore gravissimo (*aa*) transcripsisse. „ Et certè cum *unicum olim in Ecclesiâ passim esset* „ *Altare, & alioquin Presbyteris, eo in Altari, in quo Episco-* „ *pus sacrum fecerat, eodem die celebrare esset illicitum*; eos aut „ omnino à Sacrificio abstinere, aut Episcopo celebranti con- „ celebrare prorsùs necesse erat. Hic ritus qui hactenùs apud „ Græcos servatur, apud Latinos verò in solis Episcoporum „ & Presbyterorum ordinationibus permansit, si nunc ad pra- „ xin revocaretur; insolens haud dubium plurimis videretur: „ & tamen *in utrâque & Orientali & Occidentali Ecclesiâ per* „ *annos circiter mille trecentos* plane communem extitisse plu- „ rima demonstrant argumenta „ &c.

Nec plures in quavis Ecclesiâ quam una ara;

(*x*) De Disciplin. Eccles. P. I. L. II. c. XXI. n. V. (*y*) De Sacrificio Missæ Sect. I. (*z*) In addition. ad GAVANT. P. I. in Rubric. Gener. Observ. Præliminar. n. XVI dicens: „ quamvis eam opinionem amplexus fuerim, „ quæ docet, priscis „ (NB. *primis* dicere ausus non fuit author) „ etiam Ecclesiæ sæculis hunc morem invaluisse *quotidie offerendi incruentum Sacrificium;* non *sum tamen is, qui asseram eundem morem communem fuisse omnibus Presbyteris:* quinimo hæc consuetudo quotidie „ celebrandi, neque *post Sæculum sextum* fuit universalis „ omnibus Sacerdotibus. „ (*aa*) De Antiquis Eccles. Ritib. Lib. I. Cap. III. Art. VIII. n. I. Conferatur quoque MABILLIO T. II. Act. Benedictin. ad Sæc. Benedictinum II. Præfat. n. 36.

Unde primi Presbyteri cura animarum deputati probantur.

Igitur sat evidenti probatione ostensum est: Primo Ecclesiæ tempore Presbyteros regimine animarum ceu munere proprio occupari debuisse: aut supervacaneè fuisse institutos. Nec tertio & quarto sæculo in aliud quidpiam præter animarum curam incubuêre; percurrenti enim acta Martyrum, vetustioresque Ecclesiarum tabulas, undique *Presbyteri* se offerent, at vel ideo persecutorum rabiem ante alios experti, non quod in silentio divinam hostiam immolaverint, sed quod *prædicationibus, Sacramentorumque dispensationibus*, quale præcipuum semper Pastorale fuit officium, fideles augerent, sustinerent, & eosdem hinc contra tormenta acerrima, inde adversus Tyrannicæ potestatis illicia dolosque obfirmarent indurarentque. Talis E. G. subit circa annum Christi CCLIX. S. JUSTINUS *Presbyter Romanus* & M. ad quem teste Martyrologio ROSSWEYDI: *Beatus LAURENTIUS in vico Patritii nocte venit*, & de quo è veterum tabulis NOTKERUS in suo ad IV. Au-

gusti

gusti Martyrologio ita enuntiat: *(bb)* JUSTINI *Presbyteri, de quo narratur in Passione S. LAURENTII, quod multos ad fidem Christi convertit.* Talis erat ad initium Sæculi IV. Circa ann. CCC. S. ABUNDIUS: *(cc)* cui inter alia Tyrannus: *Ut video, tu eos seducis, ut non sacrificent Diis omnipotentibus.* Ut taceamus alios innumeros, de quibus similia obveniunt, luculento testimonio primitùs quotquot Presbyteri fuerunt, saluti proximorum adeoque curæ Pastorali sese impendisse.

Inde & est usque in hodiernum diem, quod Episcopus eum qui Sacerdotio initiandus est ita affari soleat: *Sacerdotem oportet offerre, benedicere, præesse, prædicare, baptizare:* indigitans præter oblationis & benedictionis munus, Sacerdotis esse: *præesse;* non, ut excellentioris statûs ergo aliis se anteponat, hoc enim gentes inquirunt. *(dd)* Sed ut verbo & exemplo Pastorali *præsit*, prædicatione regat, atque divinis Sacramentis fideles perducat in vitam æternam. *(Quod etiam ex ipsis ordinationum verbis evincitur)*

(bb) Acta Ssor. â PP. Antverp. edita ad 17. *Sept.* pag. 470. *(cc)* Ibid. ad 16. Sept. pag. 300. *(dd)* Lege Matth. c. XX. ℣. 25.

Licet autem ex primis Religionis temporibus *Parochorum munia* deducamus, minimè tamen contendimus, primos Sacerdotes *Parochos* esse compellandos seu *Pastores:* Episcopi enim mirâ sollicitudine & stupendâ solertiâ atque indefessis curis principale *Pastorum nomen & munus* tum temporis observabant; sufficit comprobâsse: vix ullum è primis Presbyteris immunem fuisse ab *eo munere*, quo hodie *soli Pastores*, ceu sibi ex obligatione statûs proprio funguntur, *curâ* nimirum *anima-* *(Episcopis interim præcipuum nomen & munus Pastorale tenentibus.)*

 rum;

rum; seu demum Episcopo adfuerint ceu *cooperatores*, seu subfuerint, ut *Vicarii* & *Pastores secundarii*. Satis esto evicisse: Parochos quoad *Officium*, antiquitatem ab ævo Apostolico referre traductam.

Status autem Parochialis proprie talis.

Brevis nunc quoque narratio facienda erit à quo tempore Originem suam *quoad Statum* derivent; dicimus autem *Statum* illum Ordinem: quo Parocho authoritate Episcopi *certa plebis portio ad unam* quandam *Ecclesiam* (quæ primo *Titulus*, postea *Ecclesia Baptismalis* & *Parochialis* nominabatur) collecta, & *intra designatos terminos*, ceu grex agnorum intra singulare ovile, conclusa, ut verbis Sacramentisque pasceretur, facta est subdititia.

Tales Ecclesiæ primitus *Tituli* compellabantur, *propterea*, ut ex BARONIO advertit THOMASSIN. (ee) *quod Presbyteri, penes quos eorum cura erat, Titulum inde ducerent & nomen. Quanquam posset & illud dici, Ecclesiis quidem Signa Religionis quadam esse appensa, sed quæ tametsi notissima essent Fidelibus, Infidelibus tamen nullam rei suspicionem moverent.*

(*ee*) l. supra cit. n. xi.

Quo certus eis titulus est est assignatus,

Horum *Titulorum* ortum FLEURYUS iam cum primis Sæculis computat dicens: (*ff*) *inde à primis Sæculis Presbyteri dispositi fuêre per certos Titulos, hoc est Oratoria, quæ alternatim Episcopus visitavit, congregandorum Fidelium causâ. Ipsorum Curæ commissa fuit certa Urbis Regio, ut plebis mores observarent & ad Episcopum de omnibus referrent.* Et quam-

quamvis ibidem in notis, quas animo multum adverso adsuit, Authorem hunc aliter explicare audeat BOEHMERUS: Majoris tamen pretii esse debet veteris Libri Pontificalis authoritas, de Papa DYONISIO (qui vixit in Sede Romana ab anno CCLXI. ad CCLXXII.) hæc scribentis: (gg) *Hic Presbyteris Ecclesias divisit, & Cæmeteria, Parochiasque & Diœceses constituit.* Dicat quæcunque velit BOEHMERUS, non evertet testimonium alterius DIONYSII *Alexandrini* Episcopi, qui annis CCL. & CCLX. Sedem tenebat. Is quippe in Libro secundo *de promissionibus* (hh) apud EUSEB. l. 7. Hist. Eccles. cap. 24. (ii) ita habet: „ Cum essem in *Arsinoitica* Præfectu„ ra, in qua iam pridem ut nôsti, increbuit hæc opinio „ (nempe Millenariorum) „ adeo ut Schismata & integrarum „ Ecclesiarum defectiones fierent; convocatis *Presbyteris ac* „ *Doctoribus, qui per singulos vicos prædica-* „ *bant*, præsentibus item Fratribus qui adesse voluerant, „ hortatus sum illos, ut ea doctrina palam in Concione exa„ minaretur. *è Sæculo tertio.*

(ff) Institut. Jur. Eccles. P. I. c. XVIII. n. I. (gg) THOMASSIN. l. cit. Confer. SANDINI Vitæ Pontif. in *Dionysio:* nota 3. (hh) Id. THOMASSIN. & SANDINI in *Marcello.* RUINART in act. Martyr. De S. DIONYSIO. n. XVI. (ii) In editione *Musculi* de anno 1570. cap. 23. ita legitur: „ cum „ in *Arsenoite* essemus, ubi sicut nosti, diu antea dog„ ma hoc emersit, ita ut schismata & integræ ab Ec„ clesiis defectiones fierent, conuocatis *Presbyteris &* „ *Doctoribus ex Fratribus illorum vicorum*, præsentibus „ etiam Fratribus, quotquot adesse volebant, publice „ eos ad dogmatis hujus inquisitionem exhortatus sum. „

Cui, ista non sufficiunt, pondus addet MABILLIO in Commentar. ad Ord. Rom. *Musæi Italici.* T. II. pag. XII. Ubi medio Sæculo III. plures Romæ Parochias exhibet.

Quidni è secundo & primo?

Utique Ruri tam frequentes ante Sæculum IV. non substitisse Parochos facile concedimus, maxime cum ad Urbes Episcopi plerumque resederint, illucque diebus Dominicis fideles convenire assueverint; attamen *plane nullos* in agris, ubi hi remotiores à civitatibus distarent, commoratos esse ante illud temporis Parochos, quis prudenter autumabit? Sæculo II, nempe sub TRAJANO qui obiit anno Christi CXVII, jam ruri erant plebes Christianæ copiosæ! audiamus ex Epistola ad *Trajanum*, celebrem illum PLINIUM juniorem! (*kk*) Hem! ubi de christianis narrasset: „ quod essent soliti „ *Stato die ante lucem conuenire carmenque* „ *Christo quasi Deo dicere* &c. addit: „ Neque „ enim civitates tantum, sed *vicos etiam atque agros* superstitio- „ nis istius contagio *peruagata* est: quæ videtur sisti & corrigi „ posse. Certe satis constat *prope iam desolata templa* cœpisse „ celebrari, & Sacra *sollenia diu intermissa* repeti, passimque „ venire victimas, *quarum adhuc rarissimus emptor inveniebatur.* „ Ex quo facile est opinari *quæ turba hominum* emendari possit, „ si sit pœnitentiæ locus. „ Et tanta Christianorum *è Sæculo I. ad initia Sæculi II.* transfusa plebs, populus tantus in agris jam *diu* copiosus (quia *diu* teste PLINIO idolorum solennia intermisso) in urbibus autem copiosissimus, tanta inquam plebs in remotissimis ab urbe conveniens locis, sine Presbytero proprio sive Pastore convenerit? aut multitudini huic intra Urbem

bem colligendæ, Sacra exhomologesi Sacrisque concionibus pascendæ, una in civitate domus, unus Episcopus par fuerit?

(*kk*) Recitant PP. Antverpienses integram Epistolam T. I. Feb. pag. 20. edit. Antverp.

Possent ergo ex Fidelium Sæculo I. ruri habitantium numerosis Conventibus exordia Parochiarum etiam *quoad Statum* ad id Sæculi quam verosimillimè reduci, at contenti sumus antiquitatem satis venerandam ex Sæculi III. medio comprobasse; juvat tamen Clarissimi MANSII hac super re animadversionem addere, ut tanti Viri observatione eruditissimâ dicta nostra quam fortiter maneant obfirmata; ait autem (*ll*) „Quæ „tanto eruditionis molimine demonstrare nititur THOMAS-„SINUS, *nullos scilicet constitutos fuisse Parochos* per disposi-„tos in Diœcesi agros *ante Sæculum quartum*, insigni argu-„mento ex veteri monumento recens producto â Viro Erudi-„tissimo LAURENTIO ZACCHAGNIO Vaticanæ Biblio-„thecæ iam Præfecto, convelluntur. Inter vetusta Authorum „Ecclesiasticorum scripta edidit ille *Disputationem* ARCHELAI „Episcopi Mesopotamiæ adversus MANETEN, detestabilis „illius hæresis authorem, quæ tantum deinde subsequentibus „Sæculis invaluit, quantum in corruptissimo mundo licenti-„am prævalere par erat.

Certe ex hujus Sæculi III. medio luculenter

„Ex actis igitur eius disputationis liquet, MANETEM „victum & veluti castris exutum ab ARCHELAO Episcopo „Mesopotamiæ, proficere se posse quidquam in eâ urbe de-„sperantem, clam fugâ dilapsum, *in quendam vicum longe* „*ab urbe, qui vocabatur* DIODORI, secessisse. Erat autem, sicut

„ sicut in iisdem actis legitur, *Presbyter loci illius*, *nomine &*
„ *ipse DIODORUS*, *mitis & quietus*. En igitur certi vici
„ pagique Presbyter, nempe *Parochus*; neque enim Presby-
„ teri nomine designari hic aliquem Episcopum suspiceris,
„ cum ejus scripti author Episcopum, nonnisi consueto Episco-
„ pi nomine, designare soleat, & nunquam ARCHELAUM nisi
„ Episcopum appellârit. Cujus autem Diœcesis vicus ille ha-
„ beretur, ex eo constat, quod DIODORUS ibidem ad AR-
„ CHELAUM, veluti ad *Episcopum suum*, scribat, & vicissim
„ ARCHELAUS, in mutuis ad ipsum litteris, *Filii* titulo Vi-
„ rum compellârit, quod Episcopum erga subiectum sibi Pres-
„ byterum maxime decet. *Parochi* vero eius loci munere fun-
„ ctum DIODORUM * satis illis actorum verbis designatur
„ *Presbyter loci illius*. Acta sunt hæc ann. 277. ut ex accurata
„ ejusdem ZACCHAGNII discussione liquet.

Commonstratur.

„ Hisce autem semel constitutis, *Parochos* scilicet priori-
„ bus Ecclesiæ Sæculis, quamvis *raros alioqui*, in agris & vicis
„ non defuisse, id continuo evincitur, per illos Sacramenta
„ Baptismi & Pœnitentiæ administrari consuevisse; quemad-
„ modum satis demonstrat THOMASSINUS Cap. 23. num. 2.
„ §. *Postquam autem*. Sed & Baptismum consuevisse à Pres-
„ byteris administrari, ex hoc etiam argumento docemur,
„ quod in Constitutionibus Apostolicis *lib.* 8. *cap.* 28. solis
„ Diaconis Baptismi administratio interdicitur. Si enim Diaco-
„ nus non baptizat, utique id præstant Sacerdotes, quibus ni-
„ hil ea de re interdictum ibidem legitur.

(*ll*) Animadvers. in libr. II. Discipl. Eccles. THOMASSINI cap. XXI. num. I. edit. Venetæ de 1752. ad Tom. III. THO-

MAS-

MASSINI pag. 512. * Per errorem Typothetæ legitur: *Dionysium*, quod correxi.

Uti autem Sæculis primis *rarior*, ita Sæculo IV. diffusior esse cœpit *Pastorum definitis finibus deputatorum segregatio*, veluti ex S. ATHANASIO colligitur scribente: (mm) *Mareotes ager est Alexandriæ, quo in loco nunquam Episcopus fuit, imo nec Chor-Episcopus quidem, sed universæ eius loci Ecclesiæ, Episcopo Alexandrino subjacent: ita tamen, ut singuli pagi suos Presbyteros habeant.* In quibus verbis vocem *Presbyteros* animadverti rogamus, *qua* tunc ex antiquis moribus uti & longis exhinc subsequis temporibus Curati *Parochi*que designabantur.

Sæculo tamen IV. multiplicata fuerunt Parochiæ.

Atque nomine Presbyteri tunc

(mm) Apolog. 2. apud *Van Espen* Jur. Eccles. Univ. P. I. Tit. III. c. I. n. 2.

Pleni sunt Canonum Conciliorumque Libri; unde ut ad nostram Ecclesiam Moguntinam aliquando deveniamus, monumentis domesticis rem libet aliquantisper illustrare.

Profecto de alio nemine, quam de *Pastore* intelligere poteris Canonem 3. *Conc. Germanici* de anno DCCXLII. à S. BONIFACIO habiti, qui ita habet: (nn) „ Decrevimus quoque juxta Sanctorum Canones, ut *unusquisque Presbyter* in Parochia habitans, subjectus sit illi Episcopo in cuius Parochia habitat, & semper in Quadragesima rationem & ordinem *ministerii sui scilicet de Baptismo, sive Fide Catholica*, sive de precibus & ordine Missarum ipsi Episcopo reddat & ostendat. Et quandocunque Jure Canonico Episcopus circumierit Parochiam ad confirmandos populos, *Presbyter* sem-

Et longe post designabantur Parochi

„ per paratus sit ad suscipiendum Episcopum, cum collectio-
„ ne & adjutorio populi, qui ibi confirmari debet. *Et in*
„ *Cœna Domini semper novum Chrisma* *accipiat*
„ *ab Episcopo* „. Canon 27. *Concil. Mogunt.* de anno DCCCXIII. ait: (*oo*) „ *Presbyteri* sub sigillo *custodiant* „ Chrisma, & nulli sub prætextu medicinæ vel maleficii do- „ nare inde præsumant. „ *Concil. Mog.* ann. DCCCXLVII. Can. 12. (*pp*) „ *Quicumque Presbyter* per pretium Ecclesiam „ fuerit adeptus &c. *Concil. Seligenstad.* anno MXXII. (*qq*) Parochos nonnisi *Presbyterorum* nomine pluribus in locis appellat E. G. Can. 5. *Unusquisque Presbyter in die non amplius, quam tres Missas celebrare præsumat*; ad quem Canonem NATALIS ALEXANDER subdit: (*rr*) *plurium Missarum Celebrationem Presbyteris qui plures regebant Ecclesias permittebat Ecclesia Moguntina, sed cavit ne trium numerum excederent.* Ibidem Can. 13. Can. 20. sermo est nonnisi de Parochis, alio tamen non discernuntur nomine, quam *Presbyterorum*, solummodo Can. 19. *proprius Sacerdos* dicitur, qui Pastoris regimine potiebatur.

(*nn*) Vide LABBE Tomo VI. CC. HARZHEIM. Concil. Germ. T. I. pag. 49. (*oo*) LABBE T. VII. CC. Colum. 1239. & seq. HARZH. l. cit. pag. 410. (*pp*) LABB. T. VIII. CC. Col. 39. & seq. HARZH. T. II. p. 156. (*qq*) LABB. T. IX. CC. Col. 844. HARZH. T. III. pag. 56. (*rr*) Histor. Eccles. ad Sæc. XI. de CC.

Nomine Parochi serius invalescente; Sæculo tum insequenti nomine *Parochiani* frequentius Pastores denominatos legimus; exemplo sit charta HENRICI Parochi ad B. M. V. *Aschaffenburgi* (*ss*) anno MCLXXXIII. data, in

in qua dicitur: *Proinde tam presentibus quam futuris innotescat*, *quod HEINRICUS Parochianus Ste MARIE in Ascaffenburg in Anniversario Avunculi & equivoci sui HEINRICI bone recordationis Parrochiani &c.* qui HENRICUS ibidem anno præcedenti inter Canonicos subscriptus legitur item *Parrochianus;* uti & alio in Diplomate eiusdem anni MCLXXXIII. *(tt)* NANTHERUS *Parrochianus* (fors ad S. AGATHAM *(uu)*) inter eosdem Aschaffenburgenses Canonicos legitur.

(ss) GUDEN. Cod. Dipl. I. pag. 276. *(tt)* ibid. pag. 279. *(uu)* dico *fors:* etenim ex authenticis Parochiæ ad S. AGATHAM habetur: seriùs, nempe anno MDLXX. honorem stabilem inter Canonicos Agathano Plebano factum fuisse: ita enim Necrologium Pergamenum Parochiæ post *Kalend. Mart.* „ 1570. Hoc, qui fuit *secundus* suprascripti *Martii*, pro primo Parochiam D. AGATHES Sacramentorum „ administrationis ergo accessit HENRICUS *Herold*, tum „ temporis apud Aschaffenburgenses in Ss. PETRI & ALEXANDRI Ecclesia Vicarius: cui denuo *infra anni spatium* „ gratiosè commissa fuit *Parochia* iam dicta, tanquam „ legitimo Parocho. Cum autem competentia exigua „ esset, annexa est idem „ (eidem) „ Parocho *Præbenda* „ vacans ex obitu quondam Doctoris HERMANNI „ SPONSELS *Diburgensis*, quod factum est anno *Millesimo quingentesimo septuagesimo*, mense *Octobri.* Qui solutis „ Statutis, & observatis consuetudinibus receptus ad Capitulum in die S. LUCÆ Evangelistæ, qui fuit 18. „ Octob. in anno suprascripto eodem. Hoc atteſtor „ ego Parochus HEINRICUS HEROLD manu propriâ singulorum suprascriptorum subscriptus. „ Nil tamen impedit quo minus ante hoc tempus quis è Canonicis Parochus fuerit.

Interim de præcedentiâ Status Parochialis.

Sufficiant ista de nomine & antiquitate Pastorum sive Parochorum. Agendum nunc ex Consilio non unius amicorum foret de loco seu proëdria eorundem, maxime cum hodie Beneficiati, infra Canonicos positi, Parochis se anteponere frequentiùs soleant; at Parochi exemplo primi Pastoris JESU Christi eruditi, eiusdemque doctrinæ æmulatores, huic quæstioni supersedent libentiùs, ne in contentione quærere videantur, quis inter Presbyteros videretur esse maior. Certum interim manet eos *partem propriè talem* esse *Hierarchiæ Ecclesiasticæ*, utpote qui positi sunt regere Ecclesiam Dei, & pascere gregem Christi, *qui propriè subditos habent* (ut cum eximio HABERTO (tt) loquar) *in quos ex Officio Sacrum principatum* exercent.

(tt) Theolog. Dogmat. T. VII. P. II. de *Hierarch. Eccles.* cap. 6.

Palpum equidem MOLINA, Vir alias Doctissimus, videbatur facere scribens (uu) *semper igitur Canonici honorent Pastores, & sese coram Deo humiliter inferiores agnoscant, etsi prava quædam hujus Sæculi judicia aliud acclamant; est enim cura dignior Canonicatu. Item habet curatus administrationem majorem, quæ præcedentiam inducunt.* Capit. *cum in illis.* De Præbend. *curæ namque exercitium continet in se magnum periculum, cum sit ars artium, & est tanto pretiosior, quanto periculosior, nec omnis Sacerdos est idoneus ad curam animarum.* Capit. penult. De ætate & qualit. *Cura etiam superat Canonicatum ratione scientiæ, cum in Curato major quam in Canonico requiratur scientia, cum teneatur discernere peccata Evangeliumque declarare; & demum superat ratione Ordinis, cum in Canonico sufficiat Ordo*

Sub-

Subdiaconatus, *Parochus autem debet esse Sacerdos*, *cum debeat administrare Sacramenta & Missas celebrare*, *ut muneri suo satisfaciat.* Idipsum insinuare voluit author anonymus libri sub rubro *Aesopus epulans* (*ww*) in Dialogo ante Biennium reimpresso.

(*uu*) De Canonic. l. 7. c. 14. apud BARBOSA de Offic. & potest. Parochi. P. 1. c. IX. n. II. (*ww*) Quaest. XV. pag. m. 26.

At tantum extolli & ad primos recubitus vocari Pastores neutiquam cupiunt: sciunt quippe Capitulum Cathedrale *ad Hierarchiam Ecclesiasticam* cum Episcopo pertinere, eoquod Jure Tridentini (*xx*) *Senatum Episcopi* conficiat. Sciunt etiam *Majores* Ecclesias semper illas praecedentiâ superare, quae *Minores* sunt: cumque extra dubium sit, *Canonicales* inter majores referri, exinde iam patulum est Parochos *Canonicis* locum cedere debere. *Nihil agimus;*

(*xx*) Sess. XXIV. cap. 12. De Reformat.

Igitur ut iam dictum est: satis est Pastoribus ipsa muneris (quod Salvator ipsemet unigenitus Dei Filius cum suis Apostolis obire dignatus est, dum *circuibat omnes civitates & castella -- praedicans Evangelium Regni* Matth. 9. ℣. 35) sanctitas ac praestantia, quae tantum habet, ut Curati pars sint Sacrae Hierarchiae, adeo ut pius aeque ac Doctissimus Regni Galliarum Cancellarius GERSON eos *minores Praelatos* compellarit, dicens (*yy*) *Domini Curati sunt in Ecclesia* **minores Praelati & Hierarchae ex primaria institutio-** *Contenti; quod primarum ii*

 ne

ne Christi, quibus competit ***ex Statu*** *Jus prædicandi, Jus Confessiones audiendi, Jus Sacramenta Ecclesiastica secundum exigentiam sui Status & Parochianorum ministrandi, Jus insuper decimas & alia Jura Parochialia recipiendi.*

(*yy*) De *potestate Eccles.* Considerat. I. apud VAN-ESPEN; THOMASSIN. & HABERT.

Presbyterorum munus ex Statu teneant.

Hanc Propositionem anno MCCCCVIII. JOANNES de GORELLO Minoritanæ & anno MCCCCXXIX. JOANNES SARZIN Dominicanæ Professionis ex jussu Facultatis Sorbonicæ, cum contrarium antea docuissent, palam profiteri compulsi sunt; non quod Cleri præpotentiâ sed Theologicæ veritatis rationibus constringerentur; quippe jam antea Doctor Angelicus edixerat: (zz) *ideo baptizare pertinet* ad ***minores Principes*** *Ecclesiæ, id est ad* ***Presbyteros,*** *qui tenent locum septuaginta duorum Discipulorum Christi.* „ Neque „ id sine fundamento â GERSONIO „ (supra) „ dictum vi„ debitur „ (verba sunt ESPENII (*aaa*)) „ qui attenderit „ Presbyteros sive *Parochos* jam pridem dictos & reputatos esse „ Successores LXXII. Discipulorum, quemadmodum Episco„ pi dicti fuere Apostolorum Successores. Hinc illud apud „ GRATIANUM Dist. 21. Simpliciter ***majorum & mi-*** „ ***norum*** *Sacerdotum discretio in novo Testamento ab ipso* „ *Christo sumpsit exordium, qui XII. Apostolos tanquam* ***majo-*** „ ***res*** *Sacerdotes, LXX. Discipulos tanquam* ***minores*** *Sa-* „ *cerdotes instituit.* Unde uno consensu & Theologi & Cano„ nistæ agnoverunt Presbyteros ***notanter Parochiales,*** in

„ in partem ſollicitudinis Paſtoralis vocatos, merito dici *mi-*
„ *nores* Sacerdotes, ſive *Prælatos* & *Hierarchas*. - -
„ - - - Itaque ad Presbyteros & *notanter* ad *Parochos*
„ dictum eſſe â Chriſto non dubitatur, quod ad LXX. Diſci-
„ pulos dicit Lucæ X. *Ite, ecce ego mitto vos ſicut agnos inter*
„ *lupos - - - qui vos audit me audit, qui vos ſpernit me*
„ *ſpernit.* Igitur dicendum *Parochos* tanquam ſeptuaginta
„ Diſcipulorum vices gerentes eſſe ex inſtitutione divinâ, &
„ *â Spiritu Sancto poſitos ad regendam Eccleſiam Dei.*

(zz) 3. parte. Q. 67. art. 2. ad 2. (*aaa*) Supplement. in Jus univers. Eccles. ad part. 1. Tit. 3. n. 5. Videatur & HABERT. l. cit.

Cum itaque minorum Hierarcharum in Eccleſiâ locum obtineant Parochi, nemo vitio vertere poterit, tot inſignium operatorum in vineâ Domini, Zeloſorum inquam tot Parochorum nomina ab oblivione vindicata & hiſtoricâ narratione â me fuiſſe multata. Supereſt ut & exponatur

§. II.

Finis, & utilitas huius Conſpectûs:

ETenim non in incertum aut auram tenuem verberaturi arcum tetendimus, neque ſcopum minus aptum huic ſcriptitationi præfiximus. Calamus Sacerdotis pro metâ probitatem & virtutem intendat neceſſe eſt, qua de re nomina Fundatorum plurium prorsùs exoleta revocamus, ſuſcitaturi ſalu-

Hac autem ſcriptitatio nec profana eſſe

ſalutarem memoriam, ne illi debitis ex juſtitiâ ſuffragiis precibusque per ingratam oblivifcentiam defraudarentur. Narramus: quantis impendiis progenitores noſtri Numinis ſupremi gloriæ ſtuduerint: queis probitatis & ingenii ornamentis Paſtores præcedanei effulſerint, perſuaſi: lectione hac brevi ceu leni ſpiramine animos omnis honeſtatis cupidos inſufflari poſſe, ut, cum exempla trahant, inter officii Fratres Charismatum meliorum æmulatio perfectior, inter Beneficiarios orationum fervor amplior, inter eruditos bonorum operum conſectatio abundantior quaqua late inflammetur & exſplendeſcat; unde patet: non unum quod diximus boni, ex hiſtoria quadam Parochiarum exſpectari poſſe.

Utique, quod valde dolemus, ſunt plurima optimorum Fundatorum nomina tenebris adhuc ſepulta, nec niſi valde curta proſtant tot proborum Parochorum elogia, attamen obſcurâ hac in notitiarum caligine remotoque temporum apogæo vel ex ſolis titulorum ſcintillulis plures unâ monſtramus ſtellas tam ſcientiæ quam pietatis magnitudine primâ admodum coruscantes.

Et quæſo! quem non afficiet legere: è ruſticâ glebâ eductos homines ad ſummos usque honoris ſacri apices prorepaſſe: nullis profecto aliis ac virtutum & ſcientiarum ſcalis eluctatos? cui ad inſiſtendum præclare cœptis animos non addat HELDINGII, NEUMANNI & aliorum ex infimis natalibus ad usque Epiſcopatûs imo & Principatûs faſtigium exaltatio? cuius Sacerdotis in curam animarum delecti pectus novis non ardeat ſacrati zeli caloribus, ubi MAHSII ſingularem pietatem,

tem, AGRICOLÆ pro ſervato in Clero pudore, conſtantiam, KUNCKELII in vindicanda Religione fortitudinem, JOANNIS LUTRENSIS eximium tam censûs quam gradûs majoris contemptum, ANTZII in promouendo Salvatoris Euchariſtici cultu miram ſolertiam, reliquorumque, in obeundis muniis ſacris, laudandam induſtriam atque virtutes ea propter variis honorum titulis decoratas ſecum ipſe attentius perpenderit?

Accedit tali compilationi nec parua rerum utilitas; Miramur namque tam privatam quam publicarum Collegiatarum æque Eccleſiarum ac Monaſteriorum à longis annis florenti adhuc ordine rerum œconomiam conſiſtere, dum ex adverſo vix paucæ ſint in ampliſſima Diœceſi Parochiæ, quæ non ſint aut in fortunis attritæ, aut in juribus ſucciſæ, aut documentis exinanitæ, aut litibus dubiisque implexæ; ni exempla odium parerent, induci poſſent litigia innumera circa cenſus, decimas, jura nominandi Ludi-Moderatores & æditμos, onera Fabricæ Domus parochialis, aliaque plura, pro quibus evendicandis monumenta neceſſaria magno mentis dolore deſiderantur. Heu quot adhucdum in curiis circa Parochias concutiuntur dubia, quæ à pientiſſimis prudentiſſimisque Ordinariis ad uſque hæc ultima tempora absque deciſione judiciali relicta fuiſſe vix præſumi poſſunt! Unde ergo hæc Canonicorum & Monaſticorum felicitas, Parochiarum è contrario vexa & turbatio? ſolam incuriam conſcribendarum, ſi quæ in cauſis emerſerint, deciſionum, ſententiarum compoſitionumque incuſandam reor. Sunt in his laudabili cautelâ Collegiatæ Religionesque ſollicitiores; in Canonicorum ſocietatibus ſervantur ampliſſima & ordinatiſſima chartaria, eadem per Secretarios Protocollis continuantur,

Nec caret utilitate:

antur, ſcriniis bene muniтis & ordinatis cuſtodiuntur; ſuum quisque Ordo Religioſus per Provinciam habet Chronologum, qui quam maxime rerum quæ ſibi aut nunc proficuæ obvenerunt, aut in periculum cum tempore devenire aut in præjudicium emergere poſſent, curatam notitiam ſcribunt, ſtylo ſæpe tam copioſo, ut & in publicos Typos integra Chronica prodeant, variosque Status maxime Parochorum, jurium ſuorum ex dictamine bono tenaciorum, nigrâ valde ſepiâ pingant pungantque. At vero in Ruralibus maxime Parochorum Capitulis id negotii nemo hactenus ex integro ſuſcepit, & ipſum Secretarii munus plerumque inanis præcedentiæ non officii nomen eſt. Eadem quoque intra ædes parochiales plerumque monumentorum inopia obverſatur. Eſto: quis eorum ſollicito quædam exceperit calamo: illa tamen vel hæredum omnia diripientium aviditate disjiciuntur, vel manufidelium incuriâ negliguntur, aut demum, ſi qua diligentia intervenire videatur, tumultuariâ conſarcinatione confunduntur tandemque miſerè deperduntur, quia ab minus peritis rerum æſtimatoribus pertractantur. Unde enim communis ille primigeniarum chartarum, fundationum aliarumque litterarum authenticarum defectus? niſi quod nemo fuiſſet, cui vetuſtæ, pulvurulentæ & fumoſæ Scripturæ dignæ viſæ ſint, quæ æſtimarentur, cuſtodirentur & deſcriberentur; hinc ſæpius præſtantiſſima documenta

Nigram cito rapta per culinam,
Cordyllas madida tegunt papyro
Vel thuris piperisque ſunt cuculli. MARTIAL.

Verum

Verum eſt, ad initium turbatæ in Germania Religionis, Rusticorum irruptione ſeditioſâ, illâque tricennarii belli luctuoſâ calamitate, undique penuria & domos Parochorum direptas & expilatas fuiſſe; Non tamen ubivis adeo prorſus omnia ad fundum evacuata ſunt, ut non ſaltem aliquæ hic & nunc extrahendæ ſupereſſent reliquiæ? dummodo ſolertiam laboresque conferre placuerit, magnam profecto ex blattis & tineis excutiemus documentorum farraginem, quæ etſi, quod Fundationes hodie exoletas, resque tales promat, quarum nunc nec ullus ſupereſſe uſus videtur; attamen ſi adhuc ſerventur, tempore, quo nunc proſpicere non valemus, invenientur utilitatis magnæ fuiſſe imo neceſſitatis. *Etſi autem Monumenta Parochialia ex rarioribus ſint;*

Monuit eandem rem ſatis provide Doctiſſimus æque ac Commendatiſſimus p. m. P. FRANCISCUS NEUMAYR S. J. (*bbb*) ſcribens: *Optandum eſt, ut quilibet Clericus Beneficii ſui Hiſtoriam ſciat, Fundationisque ſuæ originem, cauſas, fata, & pro temporum varietate varios eventus, alienationes, mutationes &c. perſpectas habeat. Qui eiusmodi Hiſtoriam reperit, gaudeat, utatur & proſequatur: qui non reperit, ipſe ſibi per modum Annalium conſcribat ex Documentis Archivii, ex Literis Fundationis, ex Hiſtoria Parochiæ, ex Teſtimoniis Seniorum: Multi commodi hæc notitia ferax eſt, & primum quidem ex illa intelligis unde & quantum tibi ſit juris: atque quâ ratione cum tuis & cum vicinis agendum ſit tibi, nec alter alteri injuriam faciens moleſtis litibus anſam præbeat. Deinde doceris quibus damnis per luem, per bella, per infortunia, per malorum hominum injurias, per alios caſus nonnunquam afflicta Fundatio fuerit, & quâ ratione emerſerit: atque hæc ſcientia Conſilium ad ſimiles eventus prudenter excipien-* *ſcribenda tamen*

cipiendos suppeditabit. Postremo disces, quæ causæ Beneficii statum iam meliorem iam deteriorem reddiderint, & quid proinde mediorum servire tibi possit, ut felicior sis, quam aliqui Antecessores tui fuerunt.

(*bbb*) In Libro cui Titulus *Vir Apostolic.* P. II. cap. II. art. III. §. I.

Erit Historia Parochiarum, Erunt quidem, quibus Historia Parochiarum scribenda, haud tamen Typis evulganda probabitur; at enim qui fata bellorum, ignis, aliosque graves malæ fortunæ casus præviderint, saltem exemplis Collegiatarum insistere haud inconsultum dicet; præcipue cum Status Parochialis nec exigua nec contemptissima pars sit Moguntiæ Ecclesiasticæ, adeoque talis, quæ prorsus extra curas minime linquenda videatur; nimis autem jejuna foret narratio, si prout quibusdam placet Syllabi Parochorum ex defectu monumentorum plerumque valde breves, nominaque duntaxat nuda explicarentur. Sunt, & multo plures, rei familiaris & curæ Domesticæ plusquam studiosi, omnem circa hanc rem conatum dissuadentes, causati: Sæculo hoc hinc in luxum, illinc in avaritiam claudicante, vix ullas aut admodum parcas fundationes sperari posse: at sciant illuc prorsus omnino calamum non collimare. Contenti erimus, si sors bona tulerit per revocatas Avorum memorias publicataque Fundatorum Nomina acuatos Nepotum unguiculos à diripiendis Progenitorum donariis hinc inde retentari posse.

In qua rimandà Bonis itaque speramus rem ingredi initiis specimen aliquod *Historiæ Moguntino - Parochialis* edentes. Et quoniam Urbis auratæ PAROCHIÆ primum ante reliquas locum

locum obtinent, earum hinc etiam quæ PRIMORES sunt Conspectus primò dandus erat; unde juniorum in Diœcesi Sacerdotum industria simul excitanda videbatur, ut in eruderandis Patriæ rebus, & in reliquis late per agrum Diœcesanum dispersis Parochiis exponendis & operam utiliter collocare & horas à graviori munere reliquas jucundius nobiscum insumere non detrectarent. *Sæpe jucundum etsi à scopo alienum aliquid*

Homini etenim litterato, & ex conditione humana suapte curioso dulce accidet, semper novi atque reconditi aliquid, occupatione non nimium gravi explorando reperire; etenim *(Ceu exemplis commonstratur)*

Quo minime reris gurgite piscis erit.

Et quamvis ea, quæ quis ad Cacumen rimari voluerit, pro voto & voluptate non semper succedent, alia tamen, etsi quandoque à scopo præfixo aliena, non minùs grata & jucunda se offerent, queis animus antiquitatis Sacræ avidus ceu aliunde allatis cupediis palatum cum gustu expleat, doctamque orexin in novam appetentiam reinflammet. Experiendo idipsum cum gaudio didici, dum pro rebus Moguntinis jactum faciens, hinc usum porcelli, in profesto S. MARTINI Canonicis Petrensibus *quondam* cum solennitate præbiti, ***; Illinc descriptionem mensarum Cleri Bambergensis in Sæculo XIII. adhuc unitim per festa vescentis (*ccc*) protraxerim: in alterâ vero Parochiâ vitæ rationem Cucullatorum in *Königstein* Sæculo XV. degentium (*ddd*) in manus acceperim: quas quidem notitias curiositatis & parergon causà hisce cum fructu inspergendas judicavi.

*** Registrum Chori antiquum S. PETRI anno MDCIII. renovatum pag. 384. Ita habet: „ *Festum* S. MARTINI

ita *Wolffgangus* Camerar. de *Dalberg* Præpos. in Diplomate.

(ccc) Descriptum teste notâ marginali : „ Ex pervetusto „ pergameno Obituario seu *Regula Vicariorum* circa „ ann. 1270. „ Ubi inter multa alia;

„ *Hæc sunt que debentur ad persoluendum* plenum Serui- „ *cium* * *omnibus Congregationibus.*

„ Si fuerit *æstate*: duo Porcelli inductiles duo laterales „ quatuor Arietes. Si fuerit *hieme* tres Porci inductiles „ & duo laterales dandi sunt, & duo Porcelli. Du- „ centa Ova, viginti Pulli, xx. Casei, Acetum, Lac, „ Olus, Piper, Sal, Ligna ad Coquinam, vel Solidos „ pro his. Quatuor Maldra Tritici & Ligna ad Pis- „ trinum. Tres Vrne forensis Vini. Ex his dantur „ Congregationibus LV. *Staupi* **, IV. Quartalia mag- „ na „ &c &c.

Longa exin narratione recensentur ad statos dies instituti census porcorum, altilium, & omnis generis comestibilium sub hoc titulo:

Hec sunt bona Fratrum Babenbergensium *Ecclesie* Maioris Monasterii, *que Prepositus* Euerhardus *â Familia Ecclesie diligenter & fideliter sub Iureiurando exquisiuit & exquisita annotari fecit.*

Tandem ipsa sequitur parandorum conviviorum ratio sequenti modo:

„ *In*

„ *In Festo omnium Sanctorum danda sunt* oc-
„ to fercula. 1. Dantur Carnes ſicce id eſt *Tiſchgeribte.*
„ 2. Sorbicium cum Pullis. 3. Intercalare bouinum id
„ eſt *Vnterribte.* 4. Olus cum Carnibus id eſt *Haueneſ-*
„ *cen.* 5. Dantur cum Sinapi inteſtina, id eſt *Darme*
„ & *Blezzen.* 6. Datur ad unam menſam magna Ar-
„ tocrea & Carnes minutatim inciſe id eſt *Merſchale*,
„ & Paſtilli qui vocantur *Reinvane* in tribus ſcutellis
„ tantundem ad alteram; Epiſcopo, Prepoſito & De-
„ cano ſi fuerint in Refectorio datur Artocrea & Mer-
„ ſchal & Paſtilli in unâ ſcutellâ. Idem datur cuilibet
„ eorum ſi ſolus fuerit in Refectorio. Eodem die Cel-
„ lerario & Miniſtris. 7. Dantur Aſſature. 8. Et ul-
„ timo dantur Stomachi farciti una Pipere & Carnibus
„ minutatim inciſis & *Wizmuſe* & Artocrea cum Farci-
„ mentis id eſt *Smelntrebe.*

„ *Nota* quod octo ſunt particule Farcimentorum iuxta
„ Artocream, una de iecore, 2da de Stomacho due
„ de Pullis, due de *Specwurſte.* Vna de *Stocmuſe*, vna
„ de *Leberwurſte.* Eedem particule ſuper pulmentum
„ *Wizmuſe* & preterea duo Krapphelini facti de iecore
„ & ſtomacho.

„ *Poſt Purificationem ſancte Marie* datur
„ intercalare porcinum.

„ In quatuor diebus *Nativit.* in Octaua *Nat. Domini* in
„ *Epiphania* ſimiliter. Eodem modo in *Purificat.* S.
„ *Marie* ſervitur ſicut in Nativ. Apoſtolorum, in
„ *Paſcha* & in reliquis Feſtiuitatibus uſque ad Feſ-
„ tum *S. Petri* quod uſque incluſiuum ſeruitur eodem
„ modo, hoc excepto: quod in *Paſcha* & deinceps
„ loco inteſtinorum datur caro verrina, que vulgo vo-

f „ catur

„ catur *Wilpret*, & pro *Tischgeribte* datur pullus &
„ duo frusta lardi, & caro cum ouis minutatim incisis.
„ *Intercalare* etiam non datur, *Brott* factum de porco
„ & lardo debet dari si requiritur.

A Festo *S. Gangolphi* usque ad Festum S. *Matthei*,
„ Dominicis diebus danda sunt octo fercula in Refe-
„ ctorio: *primo* datur caro ouina & duo frusta porci-
„ na, & illud vocatur *Tischgeribte*. *2do* dantur duo frus-
„ ta porcina & duo ouina, & illud vocatur Intercalare.
„ *Tertio* datur ferculum *Hauenesca*. *Quarto* dantur
„ carnes porcine piperate. *Quinto Brettwurst*. Sexto
„ *Caltuna*. *septimo* Assature. Octauo datur *Smelntrech*
„ cum iuscalo, in illo debent esse octo particule, qua-
„ tuor de pullis, quatuor de salsutio & preterea que-
„ dam minutie de Stomacho ouino. & *Nota* si servi-
„ cium datur in die Dominico: duo frusta porcina pri-
„ mi ferculi & *Smelntrech* seruanda sunt in diem sequen-
„ tem in quo non datur seruicium. Reliquis diebus
„ Dominicis dantur VI. fercula: primo *Tischgeribte*
„ porcinum, 2do Intercalare bouinum vel porcinum,
„ tertio *Hauenescen*. 4to Carnes porci piperate.
„ Quinto Intestina porcorum & boum, aliquando eti-
„ am Assature. Sexto *Smelntrech* sine jussello. Ita
„ quod ibi particule quatuor de salsutio, due de an-
„ sere, due de pullo, due de stomacho farcito cum
„ ouis. Octo pulli veteres uel sedecim juuenes atti-
„ nent huic ferculo, siue sit in estate siue in hyeme.

Alio in folio tam circa potum quam circa cibos ita no-
tatur:

„ Quando plenum Officium fuerit, ex antiquo dandi
„ sunt Fratribus quinque Staupi vini.

„ In

„ In ſerviciis que debet Prepoſitus, duobus & duobus
„ debetur ſimul *Staupus* qui vocatur *Kleinſchencke*,
„ præter integrum Staupum cuilibet.

„ In *Vigilia Natiuit. Domini* & in *depoſitione carnium*, &
„ in *Vigilia Paſche* dandus eſt cuilibet Staupus vini.

„ In *Aduentu Domini* largius propinandum Fratribus eſt
„ de Prepoſito in Refectorio.

„ Quandocunque datur ſeruicium ſiue de Prebenda, ſiue
„ de oblatione inſtitutis, panis oblationis & propina
„ diurna ſubtrahenda non eſt. Quandocunque datur
„ ſeruicium ex antiquis oblatione inſtitutis *Intercalare*
„ non datur.

„ In die *Natalis Domini*, & in die *S. Stephani*, *S. Joan-*
„ *nis*, *Innocentum.* In *Octaua Domini*, in *Epiphania*
„ in *Purificatione S. Marie* bis propinandum eſt in Re-
„ fectorio. Poſt comeſtionem bis eſt canendum.

„ In *Palmis* autem, in *Pentecoſte* & in quibuscunque *ma-*
„ *ioribus Feſtis*, in plenis ſeruiciis *ſine cantu*, tantum-
„ modo ſemel propinandum eſt.

„ In plenis *Seruiciis oblationum* danda ſunt octo fercula:
„ *primo* dantur carnes ſicce que vocantur *Tiſchgeribte.*
„ *Secundo* Sorbicium cum pullis. *Tercio* olus cum
„ carnibus bouinis vel ouinis & hoc dicitur *Hauenes-*
„ *cen.* *Quarto* dantur carnes ſicce incompoſite, que
„ vocantur *Vorfleiſch.* *Quinto* datur *Kaltuna*, ſi eſt
„ in æſtate; ſi in hyeme Stomachi dantur & cerebella
„ cum inteſtinis. *Sexto* datur Aſſatura & duo ſalſu-
„ tia ad unam menſam, ad alteram tantum duo,
„ Decano unum, Cellerario unum & illa vocatur *Uor-*
„ *braten.* *Septimo* dantur Aſſature. *Octauo* & ultimo
„ dantur mixtim *Wizmuſe* & *Artocree* cum quibus de

 farci-

„ farcimentis que vocantur *Smelutrebe*. *Stocbnuse* non
„ datur in seruiciis oblationum.

„ *Post Epipbaniam* in Refectorio danda sunt Salsutia de
„ cerebellis facta & caude porcine. Quibus deficien-
„ tibus danda sunt alia Salsutia & Assature que uocan-
„ *Cleinen Slauspraten*. Illis deficientibus dande sunt
„ cum Pipere quedam Carnes que vocantur *Lancpein*
„ & *Rippen*.

* Convivium ** Certa mensura vini.

(*ddd*) Videtur ante centum annos ex Documentis Satrapiæ Königsteinensis descriptum.

„ *Von dem Stait vnd Leben der Priester vnd „ Bruder zu Königstein vndt zu „ Butzbach.*

„ Babst *PAULUS* der *Zweyte* hait die Pfarkirchen zu
„ *Königstein* vndt zu *Butzbach* gewandlet in
„ Stiffte vor Priester vnd Clericken nach Wyse, Or-
„ dennuge vndt Gesetze die Babst *EUGENIUS der*
„ *Firte* gegeben hait den Husseren zu *Koln*, zu *Mon-*
„ *ster* vndt zu *Nider-Wessel*. Die auch Babst *CALIS-*
„ *TUS* der *Dritte* hait bestediget, vnd in befelen, Re-
„ gierung vnd Versorgunge des Folcks daselbst, mit
„ Predigen, Bichthören, Reichunge der Sacramente
„ vnd andern gewonlichen Pfar-Recht. Welche Or-
„ denunge vnd Wyse zu leben nit von Nuwen, von
„ denen vorgenanten Bebesten funden ist, sundren
„ von Alders, vnde Beginnen der heiligen Christen-
„ Kirchen, vnd den Tziten der heylgn Apostelen vnd
„ darnach lange Zyt vnd Iahr vnder allen Paffen vnd
„ Geistlichkeit in gemein zu leben sunder Eyginschafft
ist,

„ iſt, gehalden vndt von Sant *Lucas* in dem Buch
„ der Werck der Apoſteln vnd darnach in den Büch-
„ ern des geiſtlichen Rechtes, gelobet vnd beſchriben
„ als in den Decreten in der zwolfften Sach, in der
„ erſten Frage, in dem Capitel *Sant Clemens* des Drit-
„ ten Babſtes nach Sant *Peter* auch Sant *Peters* Iünger
„ geweſen iſt, vnd hebet das Capitel an: *Dilectiſſimis*;
„ vnd in den nachfolgenden Capitteln. Sant *Auguſti-*
„ *nus*, die anhebent: *Nolo*, vnd, *Non dicatis*; vnd Sant
„ *Jeronimus* das anhebet: *Duo*; vnd Babſt *Vrbans* in
„ dem Capittel: *Scimus*. Item in dem dritten Buch
„ Decretalium, in dem erſten Titel Von dem Leben
„ vnd Erberheit der Paffen. In dem Capitel Babſt
„ *Gregorien* des *Siebenden* das anhebt: *Quoniam ut*
„ *ait Scriptura*; vnd in der Gloſſ daſelbſt.

„ *Vnd iſt dis die Wyſſe irs Lebens*: Prieſter, Cle-
„ ricken vnd Brüder leben vnd wonent bey ayn in
„ eym Huſſe, kueſch, aindrechtig in Gehorſam ſunder
„ Eygenſchafft alſo, das yr keiner nueſt Eigens oder
„ Sunders hait, weder an Gelt, Kleydunge, Bücher,
„ Spiſe, Dranck, Gesleſſt &c. ſunder ſi hant einen
„ Oberſten der ſie reygert nach redelichen Geſetzen
„ vnd Ordennung der vorgeſchribenen Bebſten, dem
„ ſie in allen Ding alſo gehorſam vnd vnderworffen
„ ſint, doch *ſunder Profeſſion vnd Globde* eynges *ſun-*
„ *derliches Ordens* oder Reglen. Derſelbe Oberſte mit
„ aynen Procurator oder Keller dem eyne uſs den Per-
„ ſone zugegeben wirt, hebent uff alle Rend vnd Ge-
„ felle der Kirchen vnd des Huſſes, vnd was ſie mit
„ Hant-Erbet gewynnen, oder von iene Freünden
„ in Teſtamenten oder anders gegeben worten. Vnd
„ verſehen damit die Notturfft des Huſſes vnd den
„ Perſon, vnd Eſſen, Klaydung, vnndt allen andren

„ Dingen; an die tzwene handelt kainer kein Gelt, „ er dete ys dan von sunderlichen Empfel des Ober- „ sten.

„ Sye essen vnd drincken alle über ein Diss erliche „ Spisse vnd Dranck, uſsgenommen die Krancken; sye „ gebruchen sich Federnbeth vnd Lingewant, vnd „ schlaffen alle uff einem Dormitter.

„ Vſs dem Begriff ihr Wonung mag keyner ge- „ hen, er hebe dan redelich vndt noithaftig geschickt „ mit Wissen vnd Laube des Obersten.

„ Sie ghen glich geklayt in gemeyner erber vnd „ einfeldiger Kleydung, schwartz oder grae, nit kost- „ lich noch auch zu snode, als auch ir Essen vnd „ Drincken ist nach gemeyner Nottdurfft, nit nach „ Lost, vnd eynem als dem andern.

„ Sye hant nit sunderlich Fasten, an die Friedage „ vndt dem Aduent, aber die Fasten der heiligen „ Kirch halten sie strenge.

„ Vber Disse sint sie stille und hören uff die Letze „ die man list us der heyligen Schrifft von Anbegin „ bis zu dem Ende des Essens; es were dan das man „ vmb mercklicher Gest willen im halben Essen Laube „ gebe zu reden.

„ Die Getzyde singen sie oder lesen mit eyn ordn- „ lich vnderscheydelich vnd verstenlich in der Kirch.

„ Ihre Klericken vnnd Layen büchten alle acht Da- „ ge, vnd gehen in dryen Wochen zu dem heyligen „ Sacrament. Tzuschen dem Male vnd Gezyten der „ Kirch betten sie in iren Zellen, lesen oder studirn „ oder erbeden mit Schriben, Büchbinden vnd anders „ nachdem icklichen bevolen wirt.

Alle

„ Allē vngebörlich Rede vnd Geschwetz müssig
„ gehen vndt Lichfertigkeit vermidden sye, vnder ein
„ sint sie schemehafftig, tzüchtig, frundlich vndt
„ hilfflich mit Wortten und Wercken geistlich vnd lyb-
„ lich, vnd vermannen vnd verwaren sich bruderlich
„ zu Haldung der Gebode Goddes vnd stifftiger Do-
„ gende vnd Sidden inwendig und uswendig.

„ Aller uswendigeren werntlichen Sach die sie nit
„ sunderlich angehet, als Geuätterschafft, Borgschafft,
„ uswendige Gesellschafft, Mumberschafft, Testament
„ entschlagent sich gantz vndt gar, sie erkunden es dan
„ nit mit keyner Reddelichkeit abgesin.

„ In dem Begriffe er Wonung mag keyn Frauwen-
„ Person gehen, wers aber Noit mit Frauwen zu re-
„ den, das geschyt in der Sprechkammer durch ein
„ verremst Fenstern mit ysynen Tralien.

„ Erber und Gotforchtig Manspersonen herbergen
„ sye, vnd teylen den mit vnd auch den Armen vs-
„ wendig des Husses nach ire Vermögen ir Renthen
„ vnd Gesellen.

„ Den Person die by in begeren zu syn, geben sie
„ eyn Iare zu versuchen ir Wessen vnd Stait, vnd
„ werden sy geschickt funden, so nimbt mer sy uff,
„ sunder eynige Froge noch Gelt oder Gutt, wenig
„ oder viel. Man gibt in auch Volmacht, das ier,
„ abe sie etzwas hant, zu vergeben vnd bestellen,
„ vvie vnd vvo sie hin vvolten, ehe sie uffgenom-
„ men vverden; vvan sie aber uffgenomen sin, alles
„ dan das ine geboret, vnd nit vor vergeben vvere,
„ das fellet der Gemeyn von Bobstlicher Ordenunge;
„ vnd vvan er also uffgenomen vvirt, ist er sin Leb-
„ tage versorgt, er sy gesunt oder siech, man mag in
„ auch nit usstriben, er verschult das den mit etzlichen

schwe-

„ ſchweren Artickeln die man ime vorſagte ehe er uff-
„ genommen vvirt ; vvo er aber frewentlich vvider
„ ſolch Artickeln dette , vnd die nit beſſert nach Ver-
„ manung des Oberſten vnd der Brüder , ſo verwiſſe
„ man in des Huſs vnd alle des Rechten , das er dar-
„ in gehat hatt , vnd macht das nit widder fordern
„ vvas von ſint vvegen dem Huſſe worden were.
„ Desglichen auch günge eyner von eygenem Mutwil-
„ len von yn.

„ Sie leben auch fredelichen mit allen byſeſſen vnd
„ ſint hilfflich zu derſelben Selickeit mit güden Ex-
„ empel vnd Vermannung eynem iglichen ſo ver an
„ in iſt.

„ Nach Erbe vnd Eygen an ſich zu brengen ſteen
„ ſie nit, wyder dan zu eyner geborlich Notturfft,
„ want aller uſſwendiger Dinge entſchlagen ſie ſich,
„ ſo ver ſie kunden.

„ Sye hant auch keyn verborgen Geſetze oder
„ heymliche Wiſe die ſie nit gern uffenboren eynem
„ icklichen vernunfftigen guden Man.

„ Vnd diſſer Huſſer iſt vil in Nidderlandt, im
„ Stifft von *Koln*, *Vtericht*, *Ludich*, *Kammeren*, *Raiſ-
„ borcken*, *Hyldeſheim*, *Monſter*, *Mentz* vnd anderſwœ,
„ der eyn Teil LXXX. Jar. LXX. LX. L. Jare geſtanden
„ ſunt in loblichen geiſtlichen Wandelunge vnd noch
„ von den Gnaden Gottes yre keyns abegefallen iſt
„ von obgeſchribener Wiſe vnd Leben die auch alle
„ confirmert vnd beſtediget ſint von Biſchoffen, Ertz-
„ Biſchoffen, Legaten, Bebſten mannigfelliglichen.

„ Vnd uſs denſelben Huſſeren werden jerlicher erwelt
„ Viſitatoren dye die Huſſer viſitiren vnd durchſuchen
„ ob eynige Gebreche offſtunde oder Ordenunge und
Ge-

„ Gesetze nit gentzlich gehalden würde, das streffeten „ vnd besserten sie, vnd damit bliben die Husere vnd „ Personen in guter Ordnung vnd stanthafftiger geist„ lichen Wandelung vnd Leben.

„ Es ist auch versorgt in den Bebstlichen Bullen, „ ob vber Kurtze oder Lang solch Ynsetzunge nicht „ gehalten würde, also das sie begünnen die Renten „ der Kirchen vnd des Huss die alle dem gemeynen „ Dische zugegeben sint vnder sich zu deylen, oder „ soft widder ir Gesetzt vnd Ordnung vorberort zu „ leben, alsdan vielen alle die Gotzlehen dye itzunt „ durch Macht des Babsts nach iren Titeln ussgedilget „ vnd vnderdruckt sint, vnd der Gemeyn zugeworf„ fen sint, vnd nymans besunder verluhen worden, „ widter an die Lehen Herrn die sie vor solcher Or„ denung zu lyhen hetten, die auch dyeselben Lehen„ Herre dan lyhen mochten nach alle Rechten doge„ lichen Personen zu stund nach irem Willen. „ Mittimus alia quæ circa hos Königsteinenses Communistas in Collectaneis servamus.

Se offert;

Amœniorum autem Litterarum Cultoribus hanc scribendi causam ulteriore commendatione exponere haud opus erit; ipsi enim sua perspicacius intelligunt quantum emolumenti profluat si vetera Parochiarum Chartaria, Necrologia, Ritualia in publicum trahantur. Cui enim, ut de præsenti Conspectu exemplum fiat, displiceat illa sententia, quâ *Joannis* FAUST (Viri in re Typographica etiam Adversariis MEERMANNO & SCHOEPFFLINO ad minus â collatis in artem novam divitiis plusquam commendati, indeque merito â furto contra Batavos, & â fallacia contra Argentinenses vindicandi)

obitum hactenus eruditis dubium, ex Documentis Parochiæ S. QUINTINI ad annum 1466. certum ſtatuamus? ſane prima Moguntiæ Domus Typographica intra terminos Parochiæ *Quintinianæ*, ea in qua hodie Sacellum Ss. *Trium Regum* è Regione Collegii PP. Societatis Jesu viſitur, celebris habebatur. Et cum præſtantiores Parochiæ Cives, in Magiſtratus Eccleſiæ, quos *Juratos* dicunt, ſeligi conſueverit: Vetuſque S. *Quintini* Liber infra pag. 13. nominandus, verbis, quæ pag. 25. per extenſum damus, JOANNEM FUST anno 1464. Juratis vivis, anno vero 1467. mortuis adſcriptum habeat, Magnum hunc pro & in Republica litterariâ Virum, inter Juratos Eccleſiæ fuiſſe, mortisque epocham anno 1466. ſubiiſſe credimus, in hoc adſtipulantes Celeberrimo SCHOEPFFLINO † alias in FAUSTUM pluſquam acerbo.

† Vindic. Typograph. pag. 61.

Non autem timor

Interim tamen multum laboris impendendum erit nervique omnes adferendi, ſi in quamvis Parochiam, ad ea quæ habere neceſſe eſt, aditum conſequi & impetrare velim. Lapides, non unus, & valde magni ab oſtio revolvendi erunt! plura enim pro parte negante ſolent paſſim objectari, quam quæ quis mente concipere poſſit. Hem unum alterumque ſcopulum ad quem impegi. Dicunt aliqui: tam ſuæ quam Succeſſorum rei familiari detrimento fore, ſi vetera monumenta tam facile reſerarentur; olim enim E. G. paucos Crucigeros Stipendii loco aſſignatos eſſe, qui hodie nec à longe mercedem, quâ Operarius ex conſuetudine dignus æſtimatur, attingerent. Timent itaque exoletas reſuſcitari obligationes,

qui-

quibus ſuſcipiendis nemo hodie par foret. Oggerunt alii haud conſultum eſſe veteres pandere inſtitutionum chartas, nam, etſi fundi his literis nominati plerumque deperierint, attamen ab oculis, qui Clericorum peculia per microſcopium livoris & invidiæ ſemper intueri ſolent & aſſueverunt, juſto majores iſti reditus poſſent æſtimari, quam qui non eſſent ſine ſucciſione relinquendi. Timorem hunc juſtum eſſe probant exhibito quodam Impreſſo, quo Parochorum congrua, ad Statam Curionum Gallicorum, pro vita, certe miſerè tranſigenda, portionem, quadantenus fuerit collibrata. Mitto alias, quas alii injiciunt occultandorum monumentorum cauſas.

Quæ, utut ſatis ponderis habere videantur, Hiſtoriam tamen Parochiarum nequaquam remorari debere, prorſus exiſtimo. Etenim *non omnia* ad minutias uſque ultimas excutienda, eaque monumenta vulganda depoſco, quæ ſi exhiberentur ullo nocumento fieri poſſent. Imitemur Collegiatas Inſignes, quorum Chronica GUDENO & JOANNIDI Typis exponere licuit, quin inde usque aliquod damnum eisdem fuerit enatum. Utique pretia rerum adeo nunc excreverunt, ut ferme nulla ſpes ſit, ea unquam illuc, quo ante viginti, ne dicam ante ducentos vel plures, annos habebantur, eſſe recaſura. Olim ceu exemplis patet (*eee*) plus nummo quam nunc floreno comparare poteras. Dignus interim eſt ſemper ſuâ mercede Operarius, quæ non ab antiquis moribus, ſed ex neceſſitate temporis quod vivitur, computari debet. Verùm & ſcimus à Superioribus æqui juſtique Cultoribus, non in una Parochia, quæ quondam pro paucis nummis inſtituta erant E. G. Anniverſariorum Officia, ad modum juſti Stipendii (dum-

gravanda rei familiaris

modo ſine gravi dispendio Eccleſiæ fieri potuerit) nunc eſſe conſtituta. Vir prudens, ubi ſimiles Miſſarum obligationes è pulveribus deteguntur, videbit num cenſus inſtitutus adhuc vigeat? an eiusmodi oneris apud Deceſſores aliqua fuerit obſervantia? cenſu, ut plerumque contigit, deperdito: ſciet, ubi Beneficium ceſſat, ibi & Officium deſiiſſe. Sin apud probos Deceſſores pro tenui cenſu nullam repererit obſervantiam, tuto credere licebit, authoritate Rmi Ordinarii juxta facultatem à *Trident.* Seſs. 25. c. 4. de *Reformat.* factam, dudum ea onera fuiſſe reducta. Acriùs autem urgente dubio, tale apud eundem Celſiſſimum ſperare poteſt Conſilium, quo & conſcientia tranquillari poſſit, & res familiaris, niſi fors apud Euclionem, cui teruntius pro anima fuerit, haud prægravanda timeatur.

(*eee*) Hem exempla quædam laxati temporibus priscis per omnia pretii Lersner Chron. Francof. T. II. P. I. c. XVIII. pag. 294. „ 1451. Zohe PETER *zum* JUNGEN *Orten* Sohn, nach *Erffurt* ſtudirte alldar mit ſeinem Hoffmeiſter CLOSS GREFFENRODE von *Lindenfels*, „ verzehrten mit einander in einem Jahr 23. *fl.* und 4. „ *Groſchen.* Darvon hatte der Hoffmeiſter 3. *fl.* zu „ Lohn. Laut Rechnung.„ Item T. I. pag. 327. „ 1392. „ verzehren *Gilbrecht Weiſs* von *Faurborn* Burggraf zu „ Bonames vnd andere Franckfurter Abgeordnete auff „ 2. Tagleiſtung zu *Hanau* vnd *Homberg*, da ſie auff „ dem erſten mit 31. Pferden, vnd auff dem zweiten „ mit 33. Pferden waren, in allem zuſammen, mehr „ nicht als XI. *Alb. Heller*, vnd 4. *Schilling Heller.* „ Aliud ex Computu MS. HENRICI *Reitzman*, Canonici Aſchaffenburgenſis, in quo tanquam Officialis Domini Præpoſiti Aſchaffenburgenſis Comitis GEORGII *de Henneberg*, expenſas ad calculum deduxit: „ Anno „ 1515. In die *S. Thome* Apli, venit Dominus Prepoſitus cum octo equis, & fuit hoſpitatus in domo mea:

„ Eodem die habuit Cenam cum octo Personis facit xvi.
„ *Alb.* Item *Subatbo* habuerunt offam cum octo Personis
„ quil. i. Alb. facit viii. Alb. Eodem die habuit Pran-
„ dium & Cenam cum octo Personis facit xxxii. Alb.
„ *Dominica* habuit Prandium cum ix. Personis quia fa-
„ mulus non specificatus superuenit, facit xviii. *Alb.*
„ Item iiii. mensuras vini habuit ad domum Præpositure
„ faciunt xx *Den.* Alias potaciones post Cenam & ante
„ non computaui, neque panes qui dati sunt ad Preposi-
„ turam. *Summa* ii *flor.* xxiiii. *Alb.* iiii. *Den.* Anno 1516.
„ Die *prima mensis Julii* venit Illustris Dnus BERTHOL-
„ DUS Frater Dni Prepositi ad Domum meam cum sex
„ aliis Personis & fuerunt in domo mea per duos dies &
„ tot noctes, primo die duo famuli habuerunt prandium,
„ & fuerunt septem in cena, facit xviii. alb. *duos Albos pro*
„ *prandio computando. Secunda die* tres famuli fuerunt in
„ prandio, & vnus in cena fuit, facit viii. *Alb.* Eodem die
„ Dñus Comes cum tribus nobilibus comedit in castro
„ cum Dno Comite *de Koñickstein.* Eodem die
„ habuerunt in sero *vnam bonam Collacionem* usque
„ ad mediam noctem, vnum album pro persona, facit
„ v. *alb.* Sequenti die comederunt ante recessum, &
„ fuerunt *septem Personæ* cum Naurâ, quilibet xii. Den.
„ facit xi. ½ *Alb.* Eod. die dedi ipsis ad nauim vnum
„ quartale Vini *Horstenensis*, vnum Capponem, du-
„ as Columbas, vnum Pullum, Carnes salitas, Oua
„ & Panes, pro quibus omnibus dant xi. *Alb.* „ &c
&c. Et ne quis putet has expensas pro famulorum victu fors tenuiori factas fuisse, en ex eodem computu alia, ubi ad finem *Augusti* ipse Dominus Præpositus adventarat. „ *Sabato in Vigilia Natiuitatis*
„ *Beate Marie Virginis* Dñus jejunauit in Pane &
„ Aqua, & habuit duas mensuras Ceruisii *Eimbicensis*
„ ex Domo - - pro iii. *Alb. Dominica*: Dominus
„ habuit Hospites & fuerunt quinque in prandio, &

„ quinque in cena facit xx. *Alb.* Sero in collatione
„ fuerunt quinque, & biberunt vsque ad mediam no-
„ ctem, facit v. *Alb.* &c. &c.

Aut succisionis redituum

Multominus terrere debent quædam eruditorum in Parochialem Panem subtiliùs cultellatæ crises; securos nos tenet nunquam satis deprædicanda Eminentissimorum nostrorum Archi-Præsulum Clementia & Justitia; non enim à Sæculo & ultra auditum est Authoritate Ordinarii Celsissimi vel unam in rebus suis succisam fuisse Parochiam, quin potius plures monstrabimus, in quibus portio Sacerdotalis (eoquod antea tenuis & haud sufficiens haberetur) Clementiâ singulari adaucta fuerit. Summi etenim hi & optimi Sacrorum Canonum Arbitri, quamvis Parochias suas passim in Commendas ex Privilegio Apostolico concedant, attamen per hunc institutionis modum nequaquam naturam horum Beneficiorum Curatorum immutatam voluerunt, quin Parochias suas, sicut alia Beneficia non Curata sine diminutione ad Leges Ecclesiasticas hucusque conferre assueverint.

Imo gaudent potiùs sibi qua Summis & Gratiosissimis Principibus Collationes quarundam in proventibus hic & nunc meliorum Parochiarum competere, queis merita probatorum Sacerdotum præmiare, sedulorum in Vineâ Domini Operariorum labores Apostolicos compensare, & æmulationem Juniorum excitare ac sustentare valeant; insimul melius perspiciunt: Stationes Pastorum, quæ divites proclamantur, longe pinguiores plerumque debuccinari, ac re existunt; atque ex effato sacræ paginæ (*fff*) sagimen medullamque, si quam habent, una cum ossibus sat grave ponderantibus collibratam habere: *ubi enim sunt multæ opes, ibi multi qui comedunt eas.* Sanè adhærent talibus Parochiis ferme ubique prædia rustica-

lia numeroſo famulitio, equis, aliisque quotidianis impendiis ſub creberrimâ cœli inclementiâ & ſterilitate excolenda; accurrunt hoſpites frequentiſſimi pro more Sæculi delicati menſâ, ſupellectile & cubiculis ornatioribus excipiendi. Urget inſimul debitum ex *Sacris* Canonibus arctius beneficentiâ largiori egenos ſublevandi, qui per vicos, pagos & urbeculas numero copioſiore ad ſingulas ferme horas Parochorum ædibus ſeſe inſinuant; taceo alia plura eaque non levia, quæ paſſim emergunt onera. Experientia docuit: quod valde pauci, moderatæ, quæ decet, parſimoniæ Parochi, imo fere nulli ſint hactenus inventi, qui magnas ab obitu pecunias â pinguiori etiam uti prædicabatur & *Sola* Statione Paſtorali reliquerint, niſi tales: qui vel ampliori ex propriis Patrimonio proviſi, aut frumentitio vinarioque contra Eccleſiæ leges negotiationis quæſtu ditati, aut ſordide parci per aliena quadra paraſitati, intra lares verò proprios mucido pane caſeique fecibus paſti fuerint.

Aut minoranda portionis congrua.

Aries equidem omnem fortunam concuſſurus proſpectare dicitur, dum prætenditur: quod reditus ſuperflui ad noxiam tantum inſervirent prodigalitatem, vel magis acuerent avaritiæ deteſtabilis ſitim, vel anſam facerent vitio Canonibus in Clero adeo inviſo. Sed cum Curati, eoquod inveſtitione deſtituti, ſolisque ad nutum revocabilibus Commendis ſint inſtituti, faciliùs, ſi uno trium horum vitiorum excederent, in orbitam revocari poſſint: *inviſam hanc omni Statui Eccleſiaſtico* objectionem, Clero Beneficiis amplioribus ſupra Curatos ditato & honorato diluendam cum reverentia reliquimus, utpote cui æque iiſdem indulgere vitiis inhibitum eſt ac Paſtoribus. Interim eruditiſſimus VEREMUN-

MUNDUS (*ggg*) fundamentis & rationibus gravioribus pro Parochis perorabit. Sin autem, quod hodie in gnomen accipiunt, affectata cacopoliticismi severitas ad primam Apostolorum & Christi Discipulorum sine perâ & baculo prædicantium indigentiam Pastores revocare velit: audacter eis oggeramus & ipsos, ni primorum Christianorum Societate excludi velint, divenditis Patrimoniis pretia ad pedes Episcoporum & Pastorum deponere, nec aliquid suum esse, dicere debere.

(*fff*) Eccles. v. ℣ 10. (*ggg*) *Vindici.* jurium Status Ecclesiastici cles. Part. I. Sæc. II. c. 2. §. 10. Sect. IV. c. 2. §. 5.

morari debet historiam Parochialem scribendam

Manifestam igitur consilii rationem pro scribendâ Parochiarum Historiâ dedisse arbitror, quanquam non nisi considerate, quia dies mali sunt, scribendâ; ad eum scilicet modum, quo Collegiatæ tam Majores quam Minores Moguntinæ Chronica sua â *de* GUDENUS & JOANNIDE publico exponi permiserunt. Non est quod census, prædia, agros redditusque exhiberi velimus, sed vel maxime Fundationes ad æternam tam Numinis gloriam quam hominum memoriam consecratas, Sacerdotumque in quavis Parochia præcedaneorum elogia, merita & virtutes ad posteros transmitti desideramus.

ceu in præsens

Eapropter quoddam huius rei Specimen præsenti in Schediasmate pro modulo nostro tentare ausus sum.

per modum Conspectûs

Rogatos autem velim Lectores benevolos, nequis moleste ferat *Conspectum* solummodo dari, nec omnia ubique monumenta, chartas & diplomata, veluti ad *Parochiam* S. CHRISTOPHORI exegimus ad verbum ex verbo recitata esse; non enim librum sed experimentum quoddam moliebar. Hinc res

Quin-

Quintinianas phrasi complexus sum contractiori, longiorem paginam alias impleturas; hac quidem ratione Stylum ut vocant androgynum oportebat plerumque sectari: sed vel ideo nullam huius modi verecundiam habendam credidi, eo quod *Ignatiana* alio sermone transcribere non possem, quam in schedis ante centum annos paratis longâque industriâ coordinatis consignata haberem. Adhæc plura quæ in scriniis Ecclesiarum, de quibus egimus, delitescentia scimus, nobiscum non fuerunt communicata. Homini autem in ultima Diœceseos thule posito supra vires fuit ulteriora pervestigandi. Quod autem S. CHRISTOPHORI *Parochia* largiori veterum monumentorum narratione extet composita, fecit tum singularis reverentia, quam Ecclesiæ debeo, in qua ante duos supra quinquaginta annos salutare regenerationis Sacramentum suscepisse gratus rememoro, tum mira & humanissima comitas ejus, qui nunc cumulata cum laude eandem moderatur Rectoris, qui largissimam operam pro hac describenda Parochia conferre non detrectavit. Insuper saltem una ex toto in exemplum depingenda erat Parochia! Quanquam, ut fatear quod rei est, in alterum tantum descriptio hæc se extendisset, si *Librum Consuetudinum* à FLORENTIO *Diel* ad hanc Ædem Parocho anno 1491. conscriptum, à me ex chartaceis innumeris minutiis vix non ex toto protractum & dispositum, per extensum inserere voluissem. *(cum venia styli*

Cæterum styli litterarumque inæqualitatem cura tam Parochiæ quam rei familiaris gravior, uti & scriptio (dum animus obvenientibus hospitibus exsolvendus esset) sæpe sæpius abrupta, *& literarum inæqualium)*

h apud

apud æquos rerum æstimatores excusatam facient. Hinc E. G. Chronologiam mox Arabicis mox Latinis numeris promiscue exaratam dolemus, quam singulis in foliis, eadem, nempe Arabicâ optassemus descriptam formâ.

Coronidis autem loco juvat Argumentum cuiusdam Programmatis manu, Viri pro Historia Moguntina per multos annos effusissimi, circa annum 1655. exarati, quod ante quosdam annos videre & exscribere licuit, adjicere: quo rationem scribendæ Historiæ Parochialis suadet utinam & persuadeat! ita scribens:

ad normam olim conceptam

Pro Archi-Diœcesis Moguntinæ Historia eiusque Ecclesiarum honorifica Descriptione omnino necessarium est, ut subscripta ubique Parochiarum, si non omnia, saltem aliqua in earundem uti & Communitatum annexarum Libris, Litteris, vel Registris, aliisque Scripturis occurrentia Verbo tenus omnino describantur: cætera vero ex oculatis singulatim observationibus, Maiorum Traditionibus, aliisque Relationibus fide dignis annotata communicentur.

Nimirum Parochiæ cuiuslibet. 1. Omnes Filiales, Pagi, Arces, Villæ: atque in his omnibus Templorum, Cappellarum, Oratoriorum ubicunque in Cœmiteriis, Domibus, Arcibus, Hospitalibus, Leprosoriis, agris, sylvis &c. licet desolatorum, nec non Altarium inibi singulorum. 2. Fundatorum & Benefactorum, nec non Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum, nomi-

natim

natim Archi-Episcoporum, Episcoporum, Legatorum Apostolicorum, Prælatorum, Procerum, Nobilium & aliorum donationes, confirmationes. 3. *Omnes Patroni, Sancti aut Beati, tum Beneficiorum forte annexorum Fundatores; Item singulorum Consecrationes, & Indulgentiarum Bullæ. Structuræ qualis & quantæ aliqua descriptio: adscriptis simul annorum numeris, Nominibus, Insignibus &c. passim in portis, muris, fenestris, Aris, Tabernaculis, fornicibus, turribus aliisve locis reperiri solitis. Item Hominum dignitate, virtute, doctrinâ, aliâve prærogativâ insignium, Cleri, Magistratûs, Personarum vel Familiarum memoriæ quæcumque, sepulturæ, Anniversaria, Epitaphia, Inscriptiones in sepulcris, scutis, vexillis, mortuorum Libris &c.*

Hem methodum quam ex parte pro modulo exequi conatus sum, atque secundùm quam adjuvari officiosè efflagito! *exegimus.*

Hic interim Conspectus *Honori* & Memoriæ Parochiarum *destinatus, professione pietatis aut laudatus erit, aut excusatus.*

TACITUS in vita *Julii Agricolæ.*



PAROCHIÆ
INTRA MOGUNTIAM
PRIMORES
SUNT
Et recenſentur in Tabulis publicis hoc Ordine,

ECCLESIARUM:

I. *Metropolitanæ.*
II. ad *S. QUINTINUM & BLASIUM MM.*
III. ad *S. IGNATIUM Ep. M.*
IV. ad *S. EMMERANUM Ep. M.*
V. ad *S. CHRISTOPHORUM M.*
VI. In *VDENMüNSTER* & ad *S. PETRUM Apoſt.*

TeMpLaqVe In aVgVſto *ConſpIClenDa* foro.

Ovid. L. v. Faſtor. n. 557.

CON-

CONSPECTUS
PAROCHIARUM
QUÆ PRIMORES SUNT
INTRA MOGUNTIAM.

PAROCHIA MAJORIS ECCLESIÆ
ID EST
METROPOLITANÆ.

VIx erit, qui in dubium revocet *MAJOREM ECCLESIAM* (ubicunque demum illa ſteterit) unicam quondam pro *totâ Moguntinâ Urbe*, quidni & pro pagis adſitis? *baptismalem* atque *Parochialem* fuiſſe. Advertendum quippe dedit MARTENE: *a.*

" Olim in *ſolis* fere *cathedralibus Eccleſiis* ſubſtitiſſe baptiſteria. Nam
" cum ſoli priſcis temporibus baptizarent Epiſcopi; ſolæ etiam in
" quibus reſidebat Epiſcopus Eccleſiæ baptiſteria habebant.

Nec contra noſtram Moguntinam erit, quod idem Author *b.* doceat: *in Eccleſiâ S. ALBANI, quam monachi Benedictini incolebant, baptismum collatum fuiſſe, patet ex annalibus EGINHARDI ad annum* 826. Præterquam enim, quod factum iſtud unicum ſit, & tale ſit, quod ancipiti criſi usque hodie diſcutiatur, *c.* pro caſu, qui fuit extra conſuetudinem, nihil evincit; dicitur quippe: Baſilicam Albaniticam fuiſſe, in qua HERIOLDUS Danorum Rex ſacrum Baptiſma ſuſceperit. Forte tum Templum cathedrale anguſtius fuit, quàm quod Regii catechumeni comitatum caperet? ita enim ut conjiciamus ſuadent plura Moguntina Concilia, non in

templo Metropolitano ſed ad S. ALBANUM celebrata: qualia agebantur ibidem anno 813. anno 847, & alia. Fors alia ſuberat cauſa? fors, quod credibilius, pro tantâ ſolemnitate Albanitica quidem delecta fuit Eccleſia, non tamen, mutatis inde conſiliis, uſurpata? ſit ut ſit, caſus fuit extraordinarius.

Cæterùm conſtat: quòd, dum circa annum 988. noviter erecta fuiſſet B. M. V. *ad gradus* Baſilica, ad ejusque medium *d.* Majoris Eccleſiæ Baptiſterium (putem ne frequentiſſimo baptizandorum accurſu chori munia interturbarentur) fuiſſet translatum; hoc Marianum *unicum* pro Urbe parochiale templum habitum & creditum fuerit. *e.* Quâ vero ratione id potuiſſet credi, nî antea Metropolitana unicè parochialitatem tenuiſſet? Accedit quod Plebanus Metropolitanæ hodie adhuc in Mariano templo baptizet, Marianus autem parochus in S. *Mauritii* Eccleſiâ ſuos abluat. Quid quod inſtitutis exinde aliis parochiis *Plebanus S. Quintini* ad conſecrationem fontis in Mariano templo baptismalis, â quodam Prælatorum Majoris perficiendam, *Librum benedictionis* ſolemni cerimoniâ olim deportare debuerit, *f.* niſi in recognitionem priſtini juris? ſanè veteres Eccleſiæ, etiam non cathedrales, hujus ab olim ſibi proprii juris hodie adhuc partim tenaces inveniuntur, partim quibusdam actibus annuis memoriam retinent veteris baptizandi juris. Exemplo ſunt Collegiata *Aſchaffenburgenſis* & Abbatialis Seligenſtadienſis; etenim uterque *Aſchaffenburgi* parochus ſuis in Eccleſiis baptiſterio caret, nec niſi in fonte Collegiatæ antiquo Baptizare poſſunt. *Seligenſtadii* verò etſi Parochiale templum ſuo non deſtituatur labro Sacramentali, attamen â vigilia Paſchæ usque ad Pentecoſten omnes neonati in fonte Abbatialis Eccleſiæ regenerantur, â Pentecoſte vero usque ad Paſcha in templo Parochiali alii interim nati baptizantur: quare & in Vigilia Paſchæ Fons in Abbatiali, in profeſto vero Pentecoſtes, is qui in parochiali templo eſt, ſolenni benedictione renovantur. Tantum æſtimatur quondam habitum jus baptismale & parochiale oſtentari poſſe!

Interim

Interim à quo tempore quis pro *Parochiâ Metropolitanâ* specialiter institutus fuerit Sacerdos? & num alius, quam quidam *è chori Sociis* in Curionem fuerit nominatus? necdum comperimus. Sufficiat, animadvertisse, quod, etsi ab anno 1069. per SIGEFRIDUM I. S. Mariæ ad gradus Ecclesia in Canonicalem collegiatam fuerit immutata: *g*. Parochus tamen Metropolitanus, ceu supra fuit insinuatum, usque nunc in fonte antiquo æreo, anno MDCC. ad capellam S. ÆGIDII translato, baptizet.

a. De antiquis Eccles. Ritib. Lib. I. c. I. art. 2. n. 15. *b.* ibid. n. 16. *c.* Confer AB ECKART. Rer. Francic. lib. 28. n. 231. WÜRDTWEIN Differtat. de Baptister. Mogunt. pag. 40. & seq. qua occasione optandum ut discutiatur: num WOLFGARIUS Wirceburgensis antistes (eoquod Ecclesia *Ingelheimensis* veluti ab ECKART obtendit, de proprietate Wirceburgensis fuerit) *jus Ordinarii* in hac Ecclesiâ exercere potuerit? id enim author contendit, & HERIOLDUM à WOLFGARIO suo, *Ingelhemii* baptizatum asseverat. *d.* JOANNIS T. II. Rer. Mog. p. 662. *e.* â SERARIO in WILLEGISO §. 10. p. 719. *f.* Citat. commentat. de Baptister. Mog. *g.* JOANNIS. l. cit.

Collator Parochiæ

Videtur olim fuisse Eminentissimus Moguntinus Archi-Episcopus, ceu patet ex DIETHERI litteris *b.* de 22. *Febr.* an. 1479. datis, qneis in locum amoti JOANNIS RUCHART de *Wesaliâ*, JOANNEM VILHAUER instituit; nisi velis id juris tantummodo in casu loci vacantis *ex delicto*, in Ordinarium fuisse reversum.

Nunc autem & â longo tempore jus nominandi & instituendi est penes Illustrissimum CAPITULUM METROPOLITANUM, quod facto plerumque â Candidatis concionum experimento, secundum majorem votorum numerum sibi parochum deligit.

b. Vide *Guden.* Cod. Diplom. II. p. 153. & pro ſequentibus à pag. 748 ad 761.

Plebanus Metropolitanus

Eſt ſimul *Vicarius S. Crucis in choro ferreo*, ordinemque inter Vicarios, pro tempore quo intravit, tenet, curiâ tamen ſtabili & bonâ *zum Barchoven* dictâ gaudet, â quodam ſuorum anteceſſorum ARNOLDO ab anno 1309 relictâ, & ab HENRICO STACK itidem ibi parocho anno 1402 imagine Crucifixi hodie ſuperſtite, condecoratâ.

Sacra Parochialia

Quondam in *choro ferreo* ad aram *S. Crucis* in ſiniſtris altaris *S. Martini* ſtantem fiebant, â nuperis vero annis, ante iſtum chorum in altari quod medium, & *B. M. V. Aſſumptæ* dicatum eſt, peraguntur.

SERIES PAROCHORUM.

Quantum ea â Perilluſt. *De Gudenus* crudeſata fuit, hiſce ſubjungitur, quin altius hactenus refodi, aut hiatus ſæpe magnus impleri potuerit. Expuncti tamen ſunt quidam, qui quidem *ſummæ ædis Prædicatores*, non tamen Parochi, ſeu ut nominari ſolent *plebani*, ſed *Vicarii Epiſcopales* extiterunt. Subeunt itaque:

1309 ARNOLDUS Plebanus altaris *S. Crucis*; quo nempe anno teſtamentum condidit, quod vide apud *Guden.* l. cit.

1333 PETRUS Eccl. Mog. Plebanus

1349 TILMANNUS, Pleban. altaris *S. Crucis*.

1364

1364 HERMANNUS de *Wetter*, tum *S. Stephani* Decanus factus, audit: *olim plebanus majoris Ecclesiæ.*

1383 NICOLAUS *Gras* de *Grünenberg*. Postannum abdicavit.

1392 WASMUDUS, legitur condeputatus ad procedendum contra *Waldenses*, quorum exinde triginta sex *Bingam* ducti & flammis absumpti sunt. Est mihi inter collectanea è MS. Carthus. Mogunt. *Tractatus contra hæreticos: Beckardos, Lulbardos & Swestriones R. D. Mag. WASMODI de Homberg, Plebani Ecclesie majoris Mogunt.*

1402 HENRICUS, *Stack*, crucem muro domûs parochialis inseruit. subit adhuc. 1432.

1436 PETRUS *Henckel*. pleban. alt. *S. Crucis.*

1441 WIGANDUS *Vitriatoris* " Plebanus hujus Ecclesiæ " disertim appellatur in constitutione manufidelium anni 1441. " Quoniam vero sequentibus annis audit *Vicarius* purè; hinc pro- " cul dubio plebaniam resignaverit.

1446 JOANNES *Mernheimer*, de *Marburg* " obviat ceu " plebanus, sed & eodem anno adhuc loco cessit.

1450 WIGANDUS *Geck*, " de *Wildungen* plebanum egit " -- 54.

146- HENRICUS *Jungel*, " de *Nida* Pleban. subtitulo in " sæpe dicta manufidelium editione occurrit. Item 1476 conti- " nuo recurrit.

147- JOANNES de *Wesalia*, cognomento RUCKRAD s. RUCHART, Theol. Doct qui & Canonicus Cathedral. Wormatiensis fuit. Eo-quod propositiones hæreticas docuisset, anno 1479 Dominica *Esto*

mihi ad perpetuam pœnitentiam agendam parochiâ dejectus, postquam palinodiam in cœmiterio templi Metropolitani cecinisset, omnesque ejus libri & chartæ igne consumpti fuissent, monasterio *Augustinianorum* immissus est, ubi brevi post vitæ fabulam egit. Meretur tamen processus tunc typis commissus legi, in quo qui examini adfuerat scribit: " M. JOANNES de *Wesalia* longo tempo-
" re gravi morbo laboravit, nihilominus inquirebatur ab eo satis
" fervide. Quædam negavit se dixisse, quædam ut præ ætate &
" languore potuerat, conabatur interpretari. Et ipse per se eti-
" am allegabat suam diuturnam infirmitatem. Dempto solo arti-
" culo de processione Spiritûs sancti, in aliis videtur non ita gra-
" vi censurâ fuisse castigandus. - - - - Si non omnes, uno solo
" dempto, fuissent de viâ realium. Et nisi forsitan impetus qui-
" dam irrepsisset in religiosos triumphandi de sæculari. &c.

1479 JOANNES *Vilhauer*, Theol. Licent. è Clerico Wormatiensi â DIETHERO Archi-præsule institutus. Vide Diploma l. cit. ubi leges: " Cujus quidem plebanie collatio sive dispositio
" ad nos de *presenti* dinoscitur pertinere.

1488 JOANNES *Bertram* de *Numburg* S. T. D. hoc anno, quo ei commissa fuit visitatio monasterii S. CATHARINÆ *Francofurti*, audit *Chori ferrei plebanus.* ꝏ die 6. *Junii* 1515.

1515 BARTHOLOMÆUS *Zehnder*, de *Arnstein* S. T. D. ꝏ 12. *Julii* 1519.

1519 JOANNES *Stumpff* de *Eberbach* S. T. D. Chori ferrei plebanus & Canon. B. M. V. ꝏ 10. *Jan.* 1533. Ex Hellwichianis sequens ejusdem Epitaphium notavimus fuisse: RELIQUUM IO. EBERBACH S. THEOLOG. DOCT. ORDINARII. QUI. FUIT. CHORI. FERREI. PLEBANUS. VIR. BONUS. DOCTUS. ET PIUS. DEFUNCTUM. PLANXERUNT. OMNES.

OMNES. BONI. MORITUR. ANNO. SALUTIS. M.D.XXXIII. MENS. JANUAR.

1533 JOANNES *Menzinger*, *Ingolstadiensis*, S. T. D. ☋ 1536.

1536 MICHAEL *Helding*, ex *Langenenslingen* Suevus, S. T. D. mirâ sed dignâ sorte gavisus, nam cum filius esset molitoris, ex studioso factus Ludimoderator in Metropolitanâ, tum ejusdem Ecclesiæ plebanus, exin Pro-Episcopus Moguntinus & *Episcopus Sidoniensis*. Tandem anno 1550 postulatur ad Principatum Episcopatûs *Merseburgensis*; quo anno & Moguntiâ discessit & Parochiâ. Fatis autem concessit anno 1561 postquam anno 1557 in *Spirensi* pro toto Imperio *Camerâ* judicem, & exin Cæsarei sanctioris concilii præsidem *Viennæ* egisset; ubi & annos 55 ætatis numerans, ad S. STEPHANUM sepultus est. Vir ab editis pluribus scriptis & morum integritate valde celebris, prorsusque immunis â crimine, quo impius FLACIUS eum notare voluit, homo HELDINGO inimicissimus, quia publicis scriptis ab hoc Episcopo confutatus.

Fatemur autem in notando anno quo Parochiam adiit nos discrepare ab Ill. de GUDENUS. Etenim cum in Epitaphio, quod adhuc superat, ipsemet fateatur: quod è Ludimoderatore " Hinc Parochus " *chori ferrei* in Ecclesiâ Moguntinâ, *Deinde* Episcopus *Sidoniensis* & suffraganeus " factus sit, oportuit eam, quam supra, statuere Epocham, nam anno 1537 in suffraganeum seu pro-Episcopum delectus fuit. In munere quoque ad majorem Ecclesiam Parochiali alius (quem de GUDENUS nonnisi prædicatorem summæ ædis putavit) statuendus est successor, nempe:

1550 GEORGIUS *Neumann* *Wirceburgensis*, S. T. D. de hoc ita GEORGII HELLWICH scheda reperta: " D. MICHA-

" EL.

" EL HELDING - - factus fuit Episcopus *Merseburgensis.* In hu-
" jus locum pro suffraganeo, *Parocho ac Prædicatore* ordina-
" tus fuit Magister NEANDER, Parochus S. CHRISTOPHORI,
" homo infimis parentibus oriundus, consecratus Moguntiæ anno
" 1550 *Dominica* post *decollationem S. Joannis*, præsente Domino
" suffraganeo & aliis. " ꝏ 3. *Janu.* 1551. Fuit quoque ad
" S. PETRI & S. STEPHANI Canonicus.

1551 PHILIPPUS *Agricola* S. T. D. de hoc scheda Hellwichiana mox descripta ita pergit: " quem (nempe NEANDRUM) " in hoc of-" ficio secutus est Doctor PHILIPPUS ACKER, primam concionem " faciens anno 1551. die Dominica 18 Januarii. " Concordat litera Dominicalis D. cum 18 Januar. sculptor igitur in Epitaphio NEANDRI (fors seriùs parato) erroneè pro Januario *Februarium* signavit. Cæterùm AGRICOLA audit: *dono sacrorum eloquiorum absolutissimus.* Anno 1563, jam dignitate Decani ad S. PETRUM auctus, una cum Secretario SIMONE BAGEN Viennam Austriæ ablegatus, maxime obstitit, ne in Clero cœlibatus labefactaretur; confer. JOANNIS T. I. rer. Mog. pag. 872. ꝏ 16. *Mart.* 1572. Titulis ejus addendum, quod fuerit Universalis studii Cancellarius. *Notes* autem: dudum ante obitum, atque ante annum 1560 AGRICOLAM statione plebani decessisse, quod GUDENUM fugit, nam in tabula pictâ, quam Epitaphii loco GEORGIO PISTORI in templo Ignatiano anno 1560 posuerat GEORGIUS ARTOPÆUS is idem ARTOPÆUS se Parochum & concionatorem Moguntinum disertè nominavit. Confer infra Parochos *S. Ignatii.*

15-- GEORGIUS *Artopæus*, S. T. D. Cantor ad *S. Crucem* & ad *S. Petrum* Canonicus. Antea Parochus in *Creutznacht.* ꝏ 16 *Maji* 1583 sequens Epitaphium, suprà eandem, quam ARTOPÆUS Ignatiano Parocho posuerat tabulam, eidem fuisse notatur:

Hic

Hic jacet Artopæus poſt tædia longa laborum
Qualia præco Dei plurima ferre ſolet.
Cui Chriſtus dixit conſpecto fœnore multo:
In mea regna volo, fide miniſter eas.

1583 VALENTINUS *Hohenſtein* S. Theol. Licent. " ↀ " Die ultimo ann. 1594. ſepultus ad *S. Joannem* ". Ita GUDEN. Si vero conferas ſucceſſoris diem emortualem: vel in numeris Gudenianis errorem interceſſiſſe, vel *Hohenſteinium* ſeptem ante obitum annis cathedram & ſtationem reliquiſſe deprehendes.

158- FRANCISCUS *Francken*, Ordinis *S. Dominici*, S. T. D. Chori ferrei Paſtor *per ſeptem annos*, & Prædicator perquam egregius, Conventûs Moguntini Prior, Vicarius nationis Brabanticæ, Filius nativus Conventûs Aquisgranenſis. ↀ 10. *Octobr.* ann. 1594.

159- ANDREAS *Hell* " Sacellanus hucusque aulicus, Plebanus " vero FRANCISCUM immediatè ſecutus ad annum 1601. Denaſcitur 1602. in itinere *Heibachi* prope *Clingenberg*, quorſum " officii paſtoralis obeundi causâ tetenderat.

1601 AMBROSIUS *Saibæus*, *Citicenſis*, S. T. D. antea Vicarius in ead. Metropol. ad S. KILIANUM; " Muneri gnaviter incubuit per annos 23 continuos. Promotus MDCXXIII. ad " Suffraganeatum ſub titulo *Myſienſis Epiſcopi.* " Anno ſequenti " Parochiâ deceſſit, vale ultimo pro concione in feſto *S. Martini* " dicto. ↀ 1664. die 20 *Novemb.*

1624 CONRADUS *Mahs* S. T. D. ex *Niederweiſel* Wetteraviæ " ineffabilis pietatis & incomparabilis ſcientiæ vir " Poſtquam " utrumque parentem cum omni prole ad Catholica ſacra converterat.

" terat. ☙ 2. *Julii* 1631. " Ipsâ in Cathedrâ, momentoque
" quo Concionem finierat, collapsus, ac inde proprias ad ædes
" asportatus, post agonem aliquot horarum placide exspiravit.

Suecis tum Moguntiam insedentibus interea vices Parochi supplevit & Prædicatoris P. JOANNES *Bauswein* de *Lichtenfels*, Ordinis Prædicatorum Moguntiæ Prior.

163- WOLFFGANGUS *Sigleras* S. T. Lic. ☙ 19. *April* 1644.

Exin anno uno Parochiam administravit MARTINUS *Meyer*, Parochus *S. Quintini*.

1645 GODEFRIDUS ADOLPHUS *Volusius* ex *Hanau*. Filius Prædicatoris ibidem, S. T. D. imo ipsemet Prædicator Heterodoxus, â libello cultûs Mariani vindice saniora de Catholicorum Fide edoctus, factâ Deiparæ in publicâ Concione apud *Hanovienses* laude, cum periculo insequentium militum Moguntiam & ad Catholicos secedens, post reditum ex Urbe Romanâ, ab anno MDCXLII. Parochus in *Heppenheim* instituitur, inde in *Martio* Plebanatum Metropolitanum adiit, quem, etsi anno MDCLXXVI in Pro-Episcopum promotus esset, ad obitum usque curavit. Insuper dignitate Decani ad Gradus B. M. V. fulgebat. Ab editis variis libris clarus. ☙ 17. Mart. 1679.

1679 JOANNES CONRADUS *Diemer*, *Altavillanus* Rhingavus, S. T. D. Natus 1645. Ab anno 1670. Parochus in *Dipurg*. Dono concionandi celebris. ☙ 18. Decembris 1693. d. 18. Octobris " tactus apoplexiâ in limine, cum ab examine Or-
" dinandorum h. 5. pomeridianâ domum reverteretur.


1694 GEORGIUS FRIDERICUS *Marx* ex *Protfelden*, S. T. D. natus 1648. Nov. 12. Instituti Cleric. in com. viv. Sacerdos.

cerdos. à 24. Nov. 1675. Parochus ad S. *Emmeranum*; à 14. Octobr. 1691. Parochus in *Hocheim.* † 24. Jun. 1717.

1717 CASPAR ADAM *Bez*, *Wormatiensis* S. T. D. Præpositus infulatus in *Schlangenmund* Hungariæ, Consiliar. Eccl. Mog. hactenus Prædicator in Aulâ Treverensi † 15. Sept. 1730.

1730 ADAMUS *Schultheiss* *Seligenstadiensis.* J. U. D. Eminent. & Seren. Princip. Elect. *Mog.* & *Palat.* Consiliarius Ecclesiast. & respective Intimus, Proto-Notar. Apostolic. Decretalium Professor Pub. & Ordinarius, Facultat. Jurid. Assessor. † ex hydrope 18. April 1746.

1746 JOANNES FRIDERICUS *Haaber*, *Rüdesheimensis*, S. T. D. Ex Alumno Archi-Episcopalis Seminarii, apud Reverendiss. *Casparum Adolphum*, Aradensem, & Reverendiss. *Christophorum* Capharnensem, Episcopos, Archi-Diaconi munere functus; exinde *Hagæ Comitum* apud legationem Cæsaream Prædicator, qui & Illustrissimum Comitem de *Uhlenfeld* in legatione Cæsarea *Constantinopolim* usque comitatus fuit. Reversus ad patriam Anno 1741. Vicariâ ad S. *Albanum*, mox 1742. Decanatu ad S. *Mauritium* donatus, die 15. Junii MDCCXLVI. Parochus Metropolitanus renuntiatus, Canonicus quoque ad S. *Mauritium*, Consiliarius Imperatoris & Archi-Episcopi Mogunt. respectivè Ecclesiasticus, Proto-Notar. Apostolic. Universitatis Cancellarius, usque nunc singulari cum laude & modestiâ munus implet.



PAROCHIA AD SS. QUINTINUM ET BLASIUM MARTYRES.

Nec *Serarius*, nec *Joannis*, nec *de Gudenus* habuerunt, neque hactenus ad manus venit, à quo tempore hæc Parochialis fuerit instituta? Cujus tamen Parochus quidam jam nobis subit ad ann. MCCXXII. A Brachio S. M. *Quintini*, quod adhuc possidet, absque dubio nomen obtinuit; Quæ circa formam constructæ Ecclesiæ, turrim cum speculâ ad cognoscenda incendia, observari possent, brevitatis causâ tacemus.

Jus Patronatûs.

Est penes Reverendissimum Præpositum Metropolitanæ.

SACERDOTES

Connumerando eos, qui ad *Hospitale S. Spiritus* erant *bini* † instituti, pro Officiis in hac Ecclesia explendis numerabantur quondam Presbyteri XVII. ††. Hodie sunt *Sex*: Præsentiarii, seu *Altaristæ* communiter dicti. Numerus autem injuria temporum decrevit, cum antea ad quodvis horum Altarium: nempe SUMMI, B. M. V., S. BARBARÆ, S. CRUCIS, S. LEONARDI, semper *duo* Sacerdotes deservirent.

† Ita quippe documenta Ecclesiæ: " Sonsten sein zwei Beneficia *im* " *Spital zum Heiligen Geist* ad titulum S. QUINTINI spectantia, " das ist, das die Possessores derselbigen sollen mit den Altaristen con-

" contribuiren helffen, vnd folcher Beneficien eins videlicet *fan-*
" *ctæ Crucis* .... das andere Beneficium *Beatæ Mariæ Virg.* &c.
††. Vide. *Joann.* T. I. rer. Mog. pag. 1001.

ALTARIA

Hodie funt X.

I. SUMMUM: Conferunt cum Eminentiffimo Jurati. II. B. M. V., anno 1571. cum duplici beneficio per Em. DANIELEM incorporatum Parochiæ. III. COSMÆ ET DAMIANI, conferunt: Eminentifs. & Jurati. IV. S. CRUCIS: Decanus ad S. Crucem. V. S. BARBARÆ: Eminentifs. & Jurati. VI. S. LEONARDI & JODOCI: Patritii Francofurtenfes de *Holtzhaufen.* VII. S. URSULÆ: Eminentifs. & Jurati. IX. S. MICHAELIS: Reverendifs. Scholafticus Major. X. OMNIUM SS: Jurati. Caret Sacerdote adeoque & Patrono.

Horum altarium hæc vetus eft recenfio ex libro pergameno anno MCCCCLXIV. renovato.

" *Diß ift die libung der Altare die die Buhmeifter die ytzunt fint oder*
" *zu zyden werdent mit eynem Pferner in fant Quintins Kirch* "
(omiffum , *haben*)

" Item den Altar *Vnfer liebe Frawe*, die Vicarie die da hat Hr. *Lod-*
" *wick* zu Franckfort. * *ytzunt Doctor Zobel Canonicus maioris Ecclefie.* "
* manus recentior.

" Zu dem andern male hant die Buhmeifter mit dem Pferner zu ly-
" hen in Sanct Quintins Kirch, den Altar der *XM. Merteler*, die Vi-
" carie die da hait Her *Henrich Wüftb.* * *ytzunt Wipertus* " man. recent.

" Zu dem Drittenmale hant die Buhmeifter zu Sant Quintin mit
" dem Pferner in Sant Quintins Kirch zu lihen *vff dem Frone Altar*, die
" Vicarie die da hait Her *Henrich Alsfelt* Pferner zu Sant Xpofelt.
" * *ytzunt Her Johan Gottlinger.* * man. rec.

 " Zu

" Zu dem vierden male hant die Buhmeister zu Sant Quintins zu
" lyhen mit dem Pferner in Sant Quintins Kirchen die Vicarie *vff dem*
" *Fron Altar* die da hait Her *Johann, Kannengiesser* * *ytzunt Büchener* *
man. recent.

" *Dis ist etlicher Pfarlude zu Sant Quintin vnd yrer Erben Lybung.* "

" Item WICKEN *Salman* zu dem *Rosentail* und sin Erben hant zu
" lyhen den Altar *Sant Lenartz* in Sant Quintins Kirchen, die Vicarie
" die da hat Her *Johan Korn.* ytzunt *Bodersopp* collator.

" Item *Rudolff zu dem Humbrecht* vnd sine Erben hant zu lyhen
" den Altar *Sant Lenartz* † in Sant Quintins Kirchen, die Vicarie die
" da hait Hr. *Johan Wide* * ytzunt *Hamman Holtzhausen* collator.

† Debet esse *S. Jodoci* veluti ad marginem libri pergamei notatum erat. * man. recent.

" Item *Friele zum Esselweck* vnd sin Erben †† hant zu lyhen den
" Altar in Sant Quintins Kirche *Sant Niclas Elter*, die Vicarie die da
" hait Her *Johan Happener* * ytzunt *Her Casper Merstetter.* * m. r.

†† Alia juniore manu supra scriptum legitur: " modo *Reverendissimus Moguntinus* sil dye zu *Jongen* "

" Item *Jeckel zu der Eyche* (modo *Boddersopp.* m. r.) Vnd *Wilckin*
" *zu den Steckin*, vnd die *Elteus Erben* hant zu lyhen den Altar *Vnser li-*
" *ben Frawen* in Sant Quintins Kirchen, die Vicarie die da hat Her *Jo-*
" *han Hebel* * ytzunt Hr *Johan Baltz* * m. r.

" Item *die zu dem Blase vff.* " (modo die *Gensfleisch* man. recent.)
" vnd ire Erben hant zu lyhen den Altar *der merteler* " (XIM. Jungfrau-
" en man. recent.) " in Sant Quintins Kirch, die Vicarie die da hat Her
" *Heugin der alte Medeling.*

" Item *Peder Fytzdum* vnd sin Erben hant zu lyhen *den Eltar des*
" *heiligen Cruces* in Sant Quintins Kirche, die Vicarie die da hait er *Jo-*
" *han Schenckenberg* * hat itzunt zu lyhen *Casper Rümpenheim* & Posses-
" sor *Zerlin.* * m. r.

" Item

" Item der *Schulmeister zu dem Dome* hait zu lyhen den Altar in Sant
" Quintins Kirch *Sent Michels- Elter*, die Vicarie die da hait Hr. *Jo-*
" *han Gerawe*, * ytzunt *Anthonius zum Arn.* * m. r.

" Item der *Dechent zum heiligen Creutz* hait zu lyhen den Elter *des*
" *heiligen Cruces* in Sant Quintins Kirche, die Vicarie die da hait Her
" *Johan Stertzelnheim* *. modo *Andreas Faß* * m. r.

Atramento & calamo alio subnectitur.

" Item *Peter Silberberg* vnd sine Erben hant zu lyhen den Altare
" *Sancte Barbele* in Sante Quinttins Kirch, die Vickerie †

† *Würtzgart.* Hait der baw itzunt zu verleyhen. Notes hæc † signata, aliâ atque aliâ manu esse scripta.

Sequitur in eodem libro alia & recentior descriptio.

" *Verzeichnus der Altarien sampt ihrem einkommen der Pfar Kirch*
" *zu St. Quintin*, *so die Bawmeister und Juraten mit einem Pfar-*
" *Herrn zu leihen haben.* Anno 1601.

" I. Haben die Bawmeister mit dem Pfarhern zu leyhen *den Hohen*
" *Altar*, welcher hat *zwey Beneficia.* Das *erst*: sub invocatione *Divæ*
" *Virginis*, oder wie in einem alten Verzeichnus stehet *Sancti Quintini.*
" hat in corpore &c. &c. Das *zweit* Sancti *Blasii*.... Possessor *Joes*
" *Zilch.*

" II. Haben die Bawmeister mit dem Pfarhern zu leihen *den Altar*
" *der* 11000 *Martyrer*, welcher hat zwey Beneficia &c. &c. Das *erst*
" hat in corpore &c. Possessor *Georgius Indanus.* Solches Beneficium
" ist verordnet, das der Possessor *als ein Caplan des Pfarrherrn* sein soll.
" *Das zweyt* &c. Possessor *Theodoricus Mertz.*

" III. Haben die Bawmeister mit dem Pfarrherren zu leihen den *Al-*
" *tar S. Barbaræ* &c. &c. Possessor *Joannes Mendich.*

" IV. Haben die Bawmeister mit dem Pfarrherrn zu leihen den
" *Heiligen Creutz-Altar* † welcher hat zwey Beneficia, Das erst *Inven-*
tionis

" *tionis S. Crucis.* &c. Possessor *Georgius Spreitzer* Vicarius S Petri. Das
" *zweyt Exaltationis* S. Crucis &c. Possessor *Kilianus. Florschiitz*

† Quidni ex negligentiâ Patronorum pro ultima vice jus nominationis exercuerat Parochus S Quintini? Quod autem ita statuamus, facit sequens Diploma, necdum evulgatum, unde & Fundatores Altaris dignoscuntur:

" HENRICUS Dei gratia S. Magunt. Sedis A-Episcopus Sacri Imperii
" per Germaniam Archi-Cancellarius, ad perpetuam rei memo-
" riam.

" Ex parte honeste matrone in Christo nobis dilecte LUCIE dicte *ad*
" *Sportam* civis nostre Magunt. Fuit propositum coram nobis,
" quod olim JOANNES *de Frideberg* Dominus *ad Sportam* eius
" maritus dum vixit, & ipsam pari consensu & voluntate animi
" ad laudem & honorem S. & individue Trinitatis ac gloriose Vir-
" ginis matris Marie nec non omnium Sanctorum, in ipsorum ac
" progenitorum suorum animarum remedium salutare quoddam
" Beneficium Ecclesiasticum instituerint in Altari *Sancte Crucis* si-
" ti in *Ecclesia Parochiali S. Quintini* in Moguntia. Illudque Be-
" neficium cum bonis & rebus ipsorum competenter dotaverint,
" ac etiam duxerint ordinandum, ut Sacerdos qui Beneficium hu-
" iusmodi pro tempore possideret, predictum Altare *quotidie offi-*
" *ciaret* propriâ in personâ cum posset, alioquin Missam unam
" per alium legendo; nec non ut idem Sacerdos *divinis officiis in*
" *ipsa Parochiali Ecclesia interesset*, prout in ipsa & in aliis Paro-
" chialibus Ecclesiis civitatis Mogunt. obtinet consuetudo, reser-
" vata ipsis conjugibus, ac ipsorum cuilibet altero decedente pre-
" sentatione liberâ ad Beneficium ante dictum, ac post mortem
" eorum illi, vel illis, cui, seu quibus ipsi conjuges, aut alteri eo-
" rum decreverunt committendum; ipsa quoque LUCIA nunc
" maturâ deliberatione prehabitâ ordinaverit, & etiam duxerit tu-
endum,

" endum, ut ea defunctâ honor: *Decanus* Ecclesie S. MARIE
" *in Campis extra muros* Mogunt. pro tempore existens predictum
" Beneficium quotiens ipsum vacare contigerit, *infra unum men-*
" *sem* à tempore vacationis huius computandum conferat alicui
" idoneo & *pauperi Sacerdoti*, *nullum aliud beneficium ecclesiasticum*
" *obtinenti.* In quo si idem negligens inventus fuerit, aut remis-
" sus extiterit, Collatio eiusdem Beneficii illâ vacatione seu *eâ vi-*
" *ce duntaxat*, ad honestum Virum *Decanum Ecclesiæ S. MARIE*
" *ad Gradus* Mogunt. pro tempore existentem ipso facto protinus
" devolvatur, qui ipsum Beneficium *infra unum mensem* à tempo-
" re precedentis negligentie computandum conferet alicui *pauperi*
" idoneo Sacerdoti, *qui nullum aliud Beneficium obtineat*, ut est di-
" ctum; si vero idem Decanus in hoc similiter negligens aut re-
" missus inventus fuerit, ex tunc Collatio ipsius Beneficii illâ vaca-
" tione seu *illa vice duntaxat ad Parochum dicte parochialis Ecclesie*
" *S. QUINTINI* pro tempore existentem devolvatur, pro cuius
" ipso facto, qui ipsum Beneficium alicui *pauperi Sacerdoti idoneo*
" *nullum aliud ecclesiasticum Beneficium obtinenti* conferet similiter in-
" fra mensem. Ita tamen ut *perpetua Collatio* ipsius Beneficii re-
" maneat penes *Decanum Ecclesie S. MARIE in Campis* predicte
" pro tempore existentem, servatis penis, modis & conditionibus
" prenarratis. Quare nobis ex parte ejusdem LUCIE fuit cum
" instantia supplicatum, ut Institutionem & Ordinationem predi-
" ctas ratificare, approbare & firmare Authoritate Nostrâ Ordina-
" riâ dignaremur. Nos itaque petitionem huiusmodi favorabi-
" lem reputantes, cum per eam animarum Saluti provideatur,
" ac cultus diffini officii etiam augeatur, Institutionem ac Ordina-
" tionem predictas ratas & gratas habentes, eas approbamus &
" presentis Scripti Patrocinio Authoritate Nostra Ordinaria confir-

 mamus,

" mamus, Jure cum predicte Parochie Ecclesie *S. Quintini* ac Pa-
" rochi istius pro tempore existentis in omnibus Salvis. In cu-
" ius Ratificationis & Approbationis & Confirmationis evidens
" Testimonium & perpetuam roboris firmitatem presentes literas
" tradimus Sigilli nostri munimine roboratas. Datum & actum
" in *Eltevel* Anno Dni MCCCXXXIII. septimo Idus Julii.

" V. Haben die Bawmeister mit dem Pfarherrn zu leihen den Al-
" tar *Sancti Nicolai* &c. modo Possessor *Joannes Hieronymus Harnisch*
" Vicar. S. Petri.

" VI. Haben die Bawmeister allein *ohn den Pfarhern* zu leihen den
" Altar *Omnium Sanctorum über dem Kerner oder Beinhaus.* Welcher in
" corpore hat &c. und dem Baw incorporirt worden.

" *Verzeichnuss der Altarien sampt Jres Einkom-*
" *mes, so etliche Pfarrleut zu St. Quintin, sampt*
" *ihren Erben zu leihen haben.*

" 1. Haben zu leihen den Altar *Sancti Leonhardi*, die *Holtzhaussen*
" *zu Franckfurt*, welcher hat zwei Beneficia, das erst *S. Leonardi &c.*
" Possessor *Laurentius Agricola* Vicar. S. Steph. Das zweitt *S. Jodoci &c.*
" nec est Possessor.

" 2. Hatt zu leihen den Altar *S. Michaelis* D. *Scholasticus Ecclesiæ*
" *Maioris* &c. Modo nihil habet, nisi Possessor velit deservire communes
" Præsentias Parochiales. Possessor: *Wernerus Hausen.*

" Der Altar *Beatæ Mariæ Virginis* hat 2. Beneficia, & ambo per Re-
" verendiss. Archi-Episcopum *Danielem* incorporata sunt Plebaniæ Anno
" 1571. &c.

Obligationes & Jura circa Cereos & Oblata.

Notes tamen: ista hodie longe aliter ex parte obtinere, fors trans-
actione vel alio titulo. *Diss*

Diſs gehort dem Perner zu vor Kertzen.

" Item der Perner ſal han vff dem *Frone Altar* all Tag zwo Kertzen
" vff ſin Koſten, als iſs Gewohnheit iſt.

" Item dem Perner gehort zu, daz er die Oſter Kertze ſal machen
" von ſinem Waſs vff ſine Koſten.

" Item iglicher Herre, ſal zwo Kertzen vff ſine Altare zu den Hoch-
" getzuden vnd Feſten vff ſine Koſten (*omiſſum* haben.)

" Item *daz Opper* daz da fellet vff den *Karfrittag*, vnd vff dem
" *Oſtertage vor dem Crutz* als man iſs zu Grabe dret, vnd das Crutz he-
" bet, was da darfür geoppert wird, daz iſt des Pernern, vnd hoit *der*
" *Buwe* damit nicht zu ſchicken.

" *Buwemeiſter.*

" Item der *Buwe* ſal han vff dem *Frone Altare* zu den Hochgeziden
" zwo Kertzen, und was da geoppert wird *von Kertzen* vor dem Sacra-
" ment, das iſt des Buwes.

Obligationes Altariſtarum.

NB. Manu recentiori, ut videtur ex Sæculo XVI, ſequentia adſcri-
pta habentur:

" Ein jeder Altariſt, der durch den Baw oder Pfarherr mit einem
" Altar prouidiret vnd verſehen wird, ſoll er verheiſſen dieſe hernach
" geſchriebene Punčten vnd Artickell getreulich und fleiſsig zu halten,
" vnd da er nicht allen vnd jeden Punckten ſo ferr möglich mit Fleiſs
" nachkommen wird, ſoll er als dan de facto priuirt ſeyn.

" *Erſtlich* das er ſelbs in eigener Perſon zu jetzgenenter Pfarrkirchen
" reſidiren, vnd mit fleiſsigem Chorgang die tagliche und gewœnliche
" Preſens verdienen woll und ſoll.

" *Zum andern* Das er auf alle Fest und Sontag durchs Jahr, er hab
" dan nothwendige Verhinderung vnd billige Entschuldigung, die er dan
" einem Pfarherr zuuor anzeigen soll, In der *Metten*, *Mess*, *Non*, *Vesper*
" vnd *Salve* zu rechter Zeit erscheinen, und bis auf gewœnliche Zeit dar-
" in verbleiben woll und soll.

" *Zum dritten* Das er so uiel ihm nach seinem Verstand moglich, sei-
" nem jeden Pfarherr in allem fleissigen vnd getreulichen Beistand thun
" vnd erzeigen woll vnd soll.

" *Zum vierten* Das er jhe vber das ander Jahr jm Christmonat einem
" Bawemeister dieser Pfarrkirchen so die Zeit sein wirdt, aller vnd ieder
" Gefäll, so zu seinem Altar gehorrig vnd fellig, ein getrewe und gewis-
" se Verzeichnung vnd Abschrifft vberlifferen, auch ob etwas ausstendig
" bleib oder streitig sey, anzeigen woll vnd soll:

" *Zum funfften vnd letzsten*, Wo er nit selbst in eigener Person jn der
" Pfarr residiren vnd wie gebrauchlich vnd jetztgemelte Choren visitiren
" will oder kan, das er alsdan seinen Altar widerumb ad manus Collato-
" rum ohn einige Exception Aufsdings oder Entschuldignus Resigniren
" woll und soll.

" Diese obgenente Puncten hat Her *Thilman Grisheimer* bewilliget
" Anno 1566. laut seiner Handschrifft als hernach volget.

Tempus exponendarum Reliquiarum.

" *Dat Heilthum.*

" Item die Buhmeister setzen *das Heilthum* vff den Eltar vff *Ostern*,
" vnd vff *Pingsten*, vnd vff vnser *Frawen Dag* Assumpcio, vnd vff *aller*
" *Heiligen Dag*, vnd vff den *hyligen Cristtag*, vnd vff vnsers Herren
" *Lichams Dag*, vnd nit me. Auch *Kirchwybung* vnd *Patronen*.

Jura

Jura & Obligationes Campanatoris.

" *Diſs hernach geſchrebene gehort dem Glockner zu vnd iſt Lide Lone.*

" Item *zum erſten*, Wanne ein Perrer entphangen wird zu eynem
" Perner vff die Parre *ſante Quinttin* ſo begabt er den *Glockener* mit *eynem*
" *Rocke* oder *eynen Gulden dafur* zu ſinen Eren, darumb ein Glockener
" Jme gelobet ſin Opper vff dem Frone Altare getruwelichen zu warten.

" Item wanne auch ein *Vickarie* zu eynem Altare entpfangen vnd
" jngeſatzet wird, der gibt dem *Glockener* eyn *pare Hoſſen*, ader eyn
" *halben Gulden* zu ſinen Eren, darumb ein Glockener eme dienet zu ſiner
" Meſsen ſo er Meſse helt.

" Item dem Glockener gehort zu ein Antzale an der Preſentie, ſo
" man die *Jare getzyde der Doden* begeet mit Vigiligen vnd mit der Meſse,
" da klerlichen geſchreben ſteit in dem Selebuch nach Meynunge derſel-
" ben Perſonen, die is geſatzet hant, darumbe ein Glockener zu den
" Vigiligen vnd zu der Meſsen da warten ſale, vnd dienen ſal in dem Kore
" vnd in der Kirchen, vnd vff dem Kirchhoff mit dem Wigel Waſſer vnd
" mit dem Rauchfaſs.

" Item wan auch die Lude Jr Alderen ſelbeſt begent, vnd nit in
" dem Selebuche ſtent geſchreben, Jren *Siebenden* oder *Driſsigen* oder
" Jaregetzyt begeet, ſo gehort dem Glockener zu vj. Heller, darumb
" er muſs gereit ſine mit dem Rauchefaſs vnd mit dem Wigelwaſſer vff
" daz Grabe zu tragen.

" Item auch gehort dem Glockener zu, ſo der Perrer mit dem
" Sacrament oder mit dem heyligen Oley die Lude in Jren Huſseren
" berechtet, was die Lude von Genaden vff den Diſche legent, da ge-
" hort dem *Glockener* ſine antzale *daz dritte Deile*, vnd dem *Perner daz*

„ *zweyte Teile*, darvmb er alle zyt bereit muſse ſine den Parrluden den „ *Abelaiße zu luden*, vnd mit dem Hern zu gene.

„ Item auch gehort dem Glockener zu wanne man ein Kind deuſ- „ fet, was Geldes davon fellet von Genaden, darvmb er dem Perner „ Gereitſchafft dut zu dem dauffen mit Saltz vnd Waſser vnd mit Hant- „ welen die Hende zu weſsen, vnd auch der daz Kint hebt vor ſinen „ Dinſt.

„ Item auch gehort dem Glockener zu wanne ein Brut vff der „ Kantzeln vffheiſset zu driemalen, alſo er *das ane ſchreiben muß*, und „ den Perrer darane manen muſse vff dem Stule: davon wirt dem Glo- „ ckener vj. Heller, daz er daz warten müſse; vnd gibt man dem „ Glockener auch wan man ſie zu Kirchen leidet eine Schuſsel mit Koſt, „ vnd eyn Maiſs Wins darzu.

„ Item auch gehort dem Glockener zu: wannen man *die Judden* „ *vff der Kantzeln mit Gericht Briefen ledet vnd ſie verkundet*, da gehort „ Jme von dem Judden vj Heller, ſo er dem Judden den Briff widder „ brengt.

„ Item auch gehort dem Glockener zu: wan ein Menſch ſine Be- „ grebede *in der Kirchen* erwelet, da gehort Jme von dem Grabe ei- „ nen Gulden vff ſinen Koſten zu machen, vnd die Stein vff vnd nyd- „ der zu legen.

„ Item auch nemet der Perrer *zu Wynachten* von den Judden Jnn „ *ein Gulden*, davon gehort dem Glockener das dritten Teille vor ſin „ *Glockbroit*, als andere Parrluden in der Parre geben.

„ Item auch gehort dem Glockener zu: wanne eyn Lich *vff dem* „ *Kircboffe* begraben wirt *im Winter von Sant Michels Tag mit Oſtern*,

„ vff

„ vff ſine Koſten gibt man. viij Alb. vnd *von Oſtern mit vff ſant Michels-*
„ *Tag* im Sommer gibt man vj Alb. vff ſine Koſten daz Grabe zu ma-
„ chen, vnd wanne man eynen Steine vff dem Kirchoff vffhebet, da
„ gibt man von dem Grabe *eynen halben Gulden* vff ſinen Koſten zu le-
„ gen vnd vffzuheben, darumb er auch muſse zu der Leiche luden,
„ ſo man ſie begeet.

„ Item auch gehort dem Glockener zu, wanne eyn Menſche, das
„ in Santte Quinttins Parre gehort; ſtirbet vnd anderswo begraben
„ wirt vſswendig der Parre, da gehort dem Glockener viij Alb. *von Sant*
„ *Michels Tag vff Oſtern*, vnd *von Oſtern mit vff Sant Michels Tag*, im
„ Sommer. vj. Alb. als ob ſie in der Parre begraben weren, darumb
„ auch ein Glockener zu derſelben Liche luden muſse ſo man ſie beger,
„ wan iſs im zu wiſsen wird.

„ Item auch gehort dem Glockener zu ſo man vff dem Kirchhoff
„ ein Kint begrebet Jn dem Jare, welche Zyt daz iſt, *zwen Schilling*
„ vff ſine Koſten daz Grabe zu machen.

„ Item auch gehort dem Glockener zu von den Parrenluden von
„ iglichem Huſsgeſeſsen in der Parren *zu Winachten* eine *Glocke Broit*,
„ oder *dry Heller* darfur darvmb er der Parre Lude warten muſs Dag
„ vnd Nacht.

„ Item auch gehort dem Glockener *zu Oſtern* von iglichem Huſ-
„ se geſeſsen ſine *Mendel Eyer* zu geben.

„ Manu alia ibidem additur: Item ſal ein Glockener allezyt - - - -
„ ſyn wan eyn Pharher oder ſin Geſellen Meſs, Veſper oder Metten
„ leſen oder ſingen wellen, das er yn helff, vnd geinwertig ſy, zu wel-
„ cher Zyt ſein man bedarff. Das ſal ein Kleckener ſweren allzeit halten.

Aedi-

Aediles, ſeu ut hodie dicuntur Jurati Eccleſiæ.

Fabricæ deputatos fuiſſe jam antea certos ædiles, ex iis quæ ad *Joannem Felsberg* Parochum infra dabuntur, pateſcit. Num autem tanto numero fuerint quanto hodie? colliges ex eo quod hicce ſubnectimus, & primâ paginâ libri pergamei deſcriptum eſt:

„ In dem Jare da man zalte nach Xpi vnſeren Hern Geburt *duſent* „ *fierer hundert ſechzigk vnd vierer*, ware diſse hernoch Ordenung mit „ Wiſſen und Willen vnſeres gnedigen Hern Hern ADOHOFF (Adolph) „ *von Naßaw* Ertz-Biſchoff *zu Mentze* ſyner Amptlude ge- „ macht, Jn Worten hernoche folgenden.

„ Iſs ſollendt ſin in der obgenanden Kirchen *dry Bumeyſtere*, der „ ſalle alle Jar einer abgen, der Eldeſt vnder ene, vnd an des abe- „ gangen ſtait ſalle eyn nwer *gekorn werden von den andern Zweyn*; dye „ dry ſollent dan alle Jair eyn gantz gruntliche Rechnung thune von „ allem Jrime Jnnemen vn Vſsgeben.

„ So ſollent dieſelbe dry Bwmeyſter *Zwolff Mann* Kieſen zw yene, „ die ſie dane wollent beduncken, die der Kirchen nutze bequemlichen „ gut geſin mogen, vnd wanne die Bwmeyſter yerer bedorffen, ſo „ mogen ſie dieſelben Zwolff zw yene verbotten, dye ſollendt Jn auch „ helffen raden warzw ſie ir bedurffen ſindt, vnd vor denſelben Zwolf- „ fe ſollent die drye Bumeyſter ir Rechennung alle Jar thunt, *off das* „ *man nit allemaile bedorff das gemeyn Pharrffolcke verbotten.* Vnd dieſel- „ be Zwolff ſollende auch ir lepptage lanck alſo blyben, vn uſs den- „ ſelben Zwolff mogent die Bwmeyſter an des alden abegeganen Bw- „ meyſter widdervmb der Zwolffen eyner ſin, off das ſie alleſampt „ deſtabas mogende wyſſen, wie eſs vmb des Bwes vnd der Kirchen

„ Sa-

„ Sachen gelegen sie. Vnd wanne der *Zwolffer* eyner oder mene
„ von Dacks wegen abegene worde, so sollent die Bwmeyster vnder
„ dem gemeine Pharre Ffolck eynen oder men so dick des noit ge-
„ schiet ynne eynes Manefs Frist an der abegangen stait kiesen. In
„ massen als oben geschrieben stait. Vnd warent die dry: *Claß*
„ *Franck*, *Jacob Gruckenstein*, *Claiss Zwm Horn* Buwmeyster, vnd *Jo-*
„ *hës Fust*, *Gerlach Seddeler*, *Henric Ffaber*, *Peter Solcz*, *Eberhart Spiess*,
„ *Paulus Peter*, *Henchin Fische*, *Clais* der Bierbrwer in der Beczelsgas-
„ sen, *Johannes Vsenneck*, *Peter Winterkaist*, *Peter von Effern*, *Jacob*
„ *Ritterschafft*. Off sant *Wallpurgen* Dag des Jars obgemelt.

Alia Pagina sic habet:

„ Darnoch in dem *siben vnd sechzigsten* warent Buhemeister *Clas zu dem*
„ *Horn*, *Adam von Hochheym*, vnd *Jacob Ritterschafft*. Vnd dis her-
„ nach geschrieben *Zwolher* eyn Teil an der Vervarn stat gekorn, mit
„ Namen: *Henchin Linck*, an das Martmeisters *Clas Franken* stat, *Johës*
„ *zu dem Blas vff* von *Kirpurg* an des Vervarn *Jacob Gruckenstein* stait,
„ *Adam von Hochheim* an des Vervaren *JOHANNES FUSTEN* * stait
„ vnd *Conradum* an *Henrici Fabri* Gerichtschreibers stat, vnd ist der
„ *Conradus*, *Johannis Fusten* seligen Nachbare. „

* Confer Præfat. supra.

EXCERPTA CHARTARII HUJUS ECCLESIÆ, ET VARIA CIRCA EANDEM NOTABILIA.

A. C.

1310. Tabernæ *inter Textores* medietas ab HEILMANNO de *Vlmen* armigero, addicitur huic Parochiali, pro lumine perpetuo ante aram B. M. V. conservando.

„ Wir PHILIPS von *Schoneck* Cammerer, JOHANN Scholteisse „ &c. bekennen - - - das Jnne dem Jare da man Zalte *Dusent drubun-„ dert vnd zebende Jar* die nesten Mitwochen nach dem Sontag als man „ singt *Quasi modo geniti* &c. &c. gewanne HEYLMANN ein Edel-„ knecht *von Vlmen* ein Burger zu Mentz sein *ersten Baume* vber ein „ *halb Gaden, da Jne man wollen Duche feyle bait vnd verkeuffet*, das „ vor Zyden PETER *Richter* tode wegen Sone zugehorte, mit disem „ vorworten, das derselbe *Peter* vnd sine Erben vnd nachkommende „ von demselben halben Gadem sollent bestellen alle Jare ewiklichen *eyn „ ewig Licht in einer Ampeln zu Bornen vor Vnser lieben Frawen Altare „ in der Parre zu Sant Quinttin* &c. &c.

1320. Festo *Conversionis S. Pauli*, Guardianus & Conventus minorum Moguntiæ reversales dederunt, quod, si anniversarium pro *Gudela* & *Arnoldo zum jungen Abend* una cum lumine perpetuo constitutum negligerent, quod census 4. Alb & 3½ tb. constitutus super curia *der langen Nasen* in dem *Rosengarten*, qui alias in refectionem fratrum („sollent den Brudern in den Munt fallen„) impendendus esset; ea vice cedere deberet fabricæ *S. Quintin*.

1321. Confirmatur in judicio sæculari census „ eyner halben marck „ *Kolser Phennig*, je iii heller vor ein Phennig zu rechen, jerliche „ vnd ewiche Zins vff dem Hofe *zum kleinen Cleman*, die man bezah-„ len sal dem vorgenanten Pharrn Sant Quintin vff die Ostern, also das „ man alle Jar vff die egenant Ostern *Wynkeuff, das die den drincken die „ unsers Herren Licham nutzen* &c. „ additur: quòd, & qua ratione census iste redimi possit.

1326. Parochus CONRADUS in judicio evincit censum olei *uff Grimmels Erbe*, nempe: „ das die Parre zu Sant Quinttin *zwey und*

„ *und funftzig Pbunt Oleijs* jerliche Gulde haben ſol, alle Jare fallende „ vff den Erben *vnder der Nederſcbaren*, das etwan *Gronnenvels* vvas. „ &c. &c. &c.

1339. *Salmannus* Camerarius, HENRICUS *Cleman* Prætor, & alii tres judices teſtantur: ſe literas authenticas vidiſſe, recognoviſſe & approbaviſſe, queis varii cenſus, lege in judicio probatâ, Parochiali Eccleſiæ maxime pro oleo & luminibus ſunt addicti.

Circa hunc annum *juſculum ex piſis* ſeu *ciceribus* fundatur in ſtipem pauperum; nam dum anno 1606. novum legatum NICOLAUS *Trobé* inſtituiſſet, additur: eſſe impendendos ſingulis quatuor temporibus anni: „ 5. fl. 15. Alb. vor Brod oder Weck, bey Auspendung *der* „ *Erbsſuppen vmbs Jahr* 1339. *in einem ſchweren Peſtilentz-Sterben zu Lin*-„ *derung des gefaſten Zorns Gottes angefangen auszuſpenden.* „

1346. Coram judice *Wilkin* censûs causâ inſtituit „ ALHEIT „ *Schwartzwelden* ein Pñt Heller ewiges Geldes vff der Hoffſtadt an „ *Diele zum Wortzgarten* alle Jar zu geben nach der vorgenanten *Albei*-„ *den* Thode, *halb* zum *Werg*, vnd das ander *halb Teile* den Geſellen „ zu Sant Quinttin „ &c.

1348. Cives Moguntini dum Judæos, quos puteorum intoxicatores crediderant, igne necant, tanta exarſit flamma, *quod magna campana Civitatis in Eccleſia S. Quintini, & pretioſæ feneſtræ ex igne defluerent*, *Serar*, ex Nauclero l. 5. Rer. Mog. in *Henrico* III. n. XIII.

1352. Coram HENRICO de *Francfordia* condicto *de Roda*, Judice Moguntino EMMERICH *Platenmecher* Civis Moguntinus fatetur: „ das er ſchuldig iſt ij Phunt Heller ewiges Zins, *vff ſin Kram* der da

„ gelegen *in der Fryheyt der Kirchen zu Mentz*, gehn *dem Born vbber*, „ vff der Ecken als man geht *vff die Müntz &c.*

1355. Parochus & Præsentiarii hisce edicunt super datis quinque modiis: „ Wir Her JOHAN ein Perner zu Sant Quinttin vnd „ die Gesellen bekennen vns vffentlich mit diesem Brieffe, daz vns die „ Erben Lude HEINRICHE Hern HERMANS *Schillinges* Nebe hait „ gegeben *dru Malder Korn Geldes*, vnd CUNTZE *zum Weder* „ (zum Widder) „ *zwey Malder Korns* ewiger Gulden, die gelegen sind zu „ *Funten* „ (Finten) „ mit solchen Furworten, daz wir die vorgenan„ te *druwe Malder Korns* sollen verdienen vff *Sant KATHERINEN* „ *Obent* mit Vesper vnd mit einer *Antbiffen*, vnd mit einer Collecten, „ vnd vff Sant *Katherinen Dag* mit einer singenden Messe vff Sant *Ka*„ *therinen Altare* des vorgenanten HEINRICHS Lebentage &c. „ Post obitum vero cum Anniversario: „ vnd sollen zwo Kertzen vff sine „ Grabe setzen. Vnd die vorgen͞t *zwey Malder Korns*, die vns CONTZE „ hait gekaufft, der sal *eins* fallen vff seligen Jungfrawe *Elsen* Jargetzyt, „ die was des vorg͞nt *Cuntzen* Hulsfraw &c. &c. Dis *ander Malder* „ *Korns* sollen vvir verdienen vff Sant *Barbeln Obent* mit Vesper vnd „ einer Anthiffen „ &c &c &c. Post obitum celebrabitur Anniversarum pro CONRADO supradicto.

1367. „ HEINTZ *Rosenbusch* der Snyder, *Limandes* seligen „ Son &c. hait veriehen vnd bekant, das die Vormunder vnd Pleger „ des Spitals *zum heiligen Geist* an dem Rine vnd die Werckmeister der „ *Pharre zu Sant Quintin* ym von des Spitals vnd von der Pharre vve„ gen geluen haben zu rechtlichem Erbe eine vnd sin Erben evviclich „ zu haben das *halp Teil Huses* zum *Hornaffen* Bie Namen, das nyderste „ Deil, das da lyt naerwerter der *Nidderscharen* &c. „ das er *vj. Pfunt* *Heller*

„ *Heller* Geldes zu zinſen gebor ſollent &c &c. Vnd ſal man auch vviſ-
„ ſen, das alle di wile KETTERGIN *zum Hornaffen* des vorgenanten
„ HEINTZEN *Roſenboſches* Husfrau gelebet, die vvile ſollent ſie -- die
„ vj Phunt Geldes nit ſchuldig ſin zu geben, den vvan KETTERGIN
„ von Todes vvegen abegegangen iſt. &c &c.

1395. Cenſus ſuper macello ARNOLDI, *Clas Leben Sone* igni-
bus conſumpto, ad quatuor annos ex aliqua parte remittitur, conſenti-
unt quippe fabricæ Magiſtri „ von alſolicher *halben Marck* Geldes vve-
„ gen, als die Pharre zw Sant Quintin off ſiner *Scharen* hait, die im
„ vorbrant iſt, das er ſie vvidder bwen ſail, vnd hant ſie im darumb
„ laſsen faren *vieer Jair* jv. Alb. vnd darzw den vorſeſsen Zynſs &c.
„ die ander jj. Alb. ſal er alle Jair geben &c &c.

1398. *Macellaria* quædam fuit in Eccleſiam benefica: notat quip-
pe Regiſtrum Fabricæ: „ das *Getzlewen* die Metzlerin quam voir Riech-
„ ter JOHANN von *Neſſen* Einen vverntlichen Riechter zu Mentz vnd
„ hait vorgoſt vnd offgeben voir ſich vnd ire Erben den Buemeiſter
„ vnd yren Nachkommen zw Sant † zw bwe doſelbſt evvilichen zu ha-
„ ben *einen Gulden Geldes* gelegen off dem Huſe vnd Erbe vnder der
„ *Nidderſcharen* gelegen &c &c. Auch hait die vorgenente *Getze* ge-
„ borgt vor ſich vnd ere Erben *eynen Gulden* -- zw *eyner Glocken* zw
„ *Sant Quintin* &c &c. † omiſſum: *S. Quintin.*

1410. „ *Johann Lebenner* ein vverntlich Richter zu Mentze hait
„ verjehen vnd bekant den Bwemeiſtern zu Sant Quintin ein evvig
„ Licht zu beluchten, das ſine Anfrawe dargeſetzt hait, allſo lang bis
„ das er das Liechte beſtelle, das iſs ſicher vnd vvoil beſtalt ſi, als
„ man ein evvig Licht pleget zu beſtellen anegewrde nach Lude vnd Vs-
„ vviſunge ALHEIDEN Mutſchar Brieffes *zu Furſtenberg.* &c.

1422. Banno judiciali contra Officiatum Collegiatæ ad Gradus B. M. V. census super quodam macello evendicatur: „ Da der erber „ Man Scholteise PEDER, Scholteisse zu Mentz zu driemalle zu Gericht „ saße des quam off die dry Tage eine offen Gericht Her HEINRICH „ *Houermenger* Amptman zu vnser lieben Frawen, vnd lachte alda ein „ erst Gebot, ein ander Gebot vnd ein dritte Gebot vff ein *Hufs* vnd „ *Scharn* vnder den *Nederscharen* das man nennt *Dadenscharen* mit finer „ Zugehorde vnd Begriff, fur *acht Schillinge* Mensche verseßene Gulde „ &c &c. das verantvvortet dan *Johannes* Glockener zu Sant *Quinn*-„ *tins* &c.

Eodem tamen adhuc anno Feria IV. post *Nativit.* B. M. V. ex toto domus hæc in jura S. *Quintini* cedit, reservato *octo Solidorum* seu Schillingorum prælaudatæ Collegiatæ Marianæ.

1424. CONRADUS *Asselt* Parochus S. Quintini duos florenos in annuum censum instituit: „ Darumb die *Hern* zu *Sante Peter* „ mitt yeren Creutzen in dem Kore zu Sant Quintin singen sollen ein „ Antiffen von *Sant Quintin*, - - - - vff den *Mondag in der Crutze* „ *Wochen* &c.

Eodem circa funebria *in Festo animarum* constituit ceram HAMMAN *zum Weder*: „ das man *vier nebelinge* vff sine Grab legen sal „ vff *aller Sellen Tag*, vnd die Bornen die Meße vfs, vnd vvas dan vber „ verlibet, sal der Bwe nemen &c &c.

Eodem anno â benefactrice, quidam census Dominis ad gradus B. M. V. consignatur, ex quo curare debeant *per omnes Ecclesias*, subtenuiores pro Eucharistiâ conficiendâ azymos panes; Item ita chartarium: „ Jung Ffrawe *Nese*, *Ropels* seligen Frawe *zum Cleman* ein Parre Frau-

vve

„ we zu Sancte Qwinttin, hait gesetzt x. Gulden ewiges Geldes vff der
„ Stadt zu *Edestein* der Kirchen zu *vnser lieben Frauwen vff den Greden*
„ &c. daz sie sullent *Ostige* vmb dasselbe Gelt alle Jare jerlichen keiffen,
„ vnd sullent dieselbe Hern die *Ostigen* dñach Got geben, vvo man Jr
„ bedarff von *Ostigen* in allen Kirchen vville Zyt man sie bedorffen
„ vvird vnd darnach schicket. Dis geschach im XXIV. Jar. „

1426. Altare summum â confractione restitutum consecratur; audiendum denuo chartarium: „ Jtem der Frone Altare Jn dem Kore „ *zu Sante Quinttin* hait man gevvihet vff den *Sondag nach Sant Gallen* „ *Tag Jme XXVI. Jare*, als Jme ein Stuck vss vvas gefallen vnd zu„ brochen, vvas vvihet ein Bischoffe der *vvas ein Brediger*: vnd kost „ die Wihunge *sechs pundige Kertzen*, vnd *zvvo zennene Schußelen*, vnd „ eyn *zvveymeßige zennen Kann*, vnd *vierzehend Elen lynes Duchs*, das „ vvart gerechnet fur *vier Gulden zusamen*. &c.

1427. Duæ aliæ aræ consecratæ intra hanc Parochialem leguntur: „ Der Altare in Sancte *Michels* Capelle vvart gevvihet vff *den* „ *Frittag vor Palmen* in XXVII. Jare &c. Item der Altare *vnser lieben* „ *Frawen* in der Kirchen by dem *Bredege Stulle* vvart gevvyhet Jm „ XXVII. Jare.

Eodem ann. Parochus JOANNES *Felsberg* evicit ut sibi adesse liceret computui ab altaristis faciendo: „ Hatte die Hern *zu Sant Quinttin* getzeterte vnd geladen an daz geistlich Gericht &c. &c. da hatte „ der Richter mit Namen Her PETER *Odenheym* gevvisset mit Recht, „ das die Hern Jr Rechenunge mogen dun vvo sie vvollden, vnd *Jren* „ *Perner darzu by sich heißen* &c.

Eodem anno designabatur quando & per quale tempus Beneficia ad S. Quintinum ad curiam Romanam devolvantur.

Jme

„ *Jne dem Hoffe zu Rome*

„ Item vvan ein Altare oder ein Gotzlehe ude verfallen ist, vnd
„ zu lyhende gehort eynem Paffen, der verluste sine recht nit in *Vier*
„ *Monden* Jn *dem Hoff zu Rome*, vnd eyn leyhe der do zu lyhen hait,
„ der verlust sin Recht nit in *sechs Monden* in dem Hoff zu Rome, vnd
„ eyn Bischoff *in eynem Jare* Jn dem Hoff zu Rome; vnd vvere sich
„ affter der Zyt versumet, daz hat dan ey Babist zu don vnd zu ly-
„ hende.

1434. Gravissima & diuturna Contentio orta est inter GOBE-
LINUM Abbatem *Sponheimensem*, & quendam CRAFFTONEM Al-
taristam B. M. V. in hac Parochiali, ut habet TRITHEM: Chron.
Sponh. ad h. an. „ super *XX. maldris siliginis* annui censûs, â Domi-
„ no BERNHARDO quondam Abbate sine scitu & voluntate conven-
„ tûs ad prædictum Altare de bonis nostris in *Blenich*, qua occasione
„ vel ratione nescitur, per quoddam instrumentum, ut asseritur pro-
„ missis. Cum ergo Dominus GOBELINUS Abbas, successor BERN-
„ HARDI prædictam siliginem de Consilio fratrum dare, nisi prius do-
„ ceretur quare, omnino recusaret, ab ipso CRAFFTONE XL. an-
„ norum prætendente, primum in *Blenich* coram judicio sæculari impe-
„ titur, ac deinde ad *Concilium Basileense* citatur. Duravitque illa
„ contentio per annos VI. non sine maximis & gravissimis expensis,
„ & tandem sententia per JOHANNEM *Decanum S. Gingolfi* Mogun-
„ tinensem Commissarium præfati *Concilii Basileensis* pro ipso actore
„ contra Abbatem prolata fuit „ &c. Addit FREHERUS editor Tri-
„ themii in margine: *dis Korn gefelt noch einem Pfarhern zu S. Quin-*
„ *tin in Mentz.*

1481. JOANNES *Nuwemeister*, Vicarius ad S. Stephanum

largam

largam pro pauperibus ſtipem inſtituit, nempe 12½ florenorum in auro & 14 fl. in albis reddituum annuorum, „ damit alle Jar *gra Duch* zu „ keuffen, vnd daz arme notterfftige Luden zu geben.

1492. Cereus quotidie ſub ſacro accendendus, & Anniverſaria Miſſa funebris, inſtituuntur. „ Hat JOHANNES *Fyolgin* vff dem „ Fiſchmarck dem Buwe zu *Sant Quintin* by ſinem Leben vnd uſs ſiner „ Hant gegeben *hondert vnd zwentzig Gulden*, an Wiſspenge, ye xxiiij „ Albus vor j Gulden gerechtet &c dem egñten *Fiolen eyn ewig wechſen Kertz*, alle Dage, *ſo man ſingt in der Kirchen*, brennen vnd yem „ alle Jar ſine Jargetzyt thun laſsen, am zweiten Tage nach vnſer Lieben Frauwen Tag *Natiuitatis* &c.

NB. Plura ejusmodi Anniverſaria brevitatis ergo notare omiſimus, niſi ubi cenſus quidam frumentitius inſtitutus eſt.

1499. A JOANNE de *Reipolzkirchen* ultimis tabulis inſtitutum eſt *Sacrum* quod dicunt *Angelicum*, à BERTHOLDO Archi-Epiſcopo ſingulari Diplomate die xxv Martii confirmatum, quo Miſſa ſolenniori ritu quavis Feria V Numini Euchariſtico decantaretur, devotione laudabiliſſimâ uſque nunc continuatâ.

1501. PETRUS *Stumpff* Civis Moguntinus, & GUTHA Uxor, probante Archi-Antiſtite certos deſignant reditus, ut indies, *horâ* ix, *Miſſa* celebretur.

1515. Liberi & Hæredes CONRADI *Sötters* Civis Maguntini cenſum 18 Maldrorum farris & certæ pecuniæ *in Bueſcheim am Meyn* (Maynbiſchum) donant, ita ut pecunia cenſualis *Monialibus albis*, octo vero medimni *Franciſcanis* cedant, qui quot annis exequias cum

E Vigi-

Vigiliis IX Lectionum pro Defunctis peragant: Similiter & in Ecclesia S. Quintini fiat, ubi, præter Sacrum cantandum, *novem* aliæ Missæ legendæ sunt; „ und soll der *Pharher vnd Altaristen* alle über *Lincken grab* „ gen, daselbst ein *Miserere und ein De profundis* mit gewonlichen Col- „ lecten singen.

1540. Pro ADAMO *Helsinger* Parocho in *Eltvil*, præter Anniversarium & VI Missas ordinarias Testamentarii WENDELINUS *Sporgenagel* Canonicus S. Petri & M. JOANNES *Frauenstein* Altarista ad S. Ignat: annuam eleemosynam constituunt „ für *vier Gulden Broth* „ arme Mensgen auszutheilen auff die *vier Fest*, vnd dan noch 4 fl. so „ ertzelte Bawmeister *Armen krancken die zu Beth liegen im heylgen Geyst* „ *in der Fasten austheilen sollen &c.*

1565. ANNA *Gladin* de Francfordia, dedit 300 fl. in censum, expendendum iis qui clam pauperes sunt. „ *Denen Hausarmen.*

1591. die 3 Maji. FELICITAS *Faustin* relicta VALENTINI *Klettenberg* legavit 300 flor. ut inde quot annis in *Cœna Domini* pauperibus distribuantur pro 5 fl. panes („ jedem vor vier pfennig „) totidem quoque floreni pauperibus occultis. Ex reliquo censu Anniversarium curetur.

1592. Aedicula pro pauperibus cicerum cibo pascendis construitur; ita enim liber: „ 1592 ifs off dem Kirch Hoffe zu Sant „ Quinttin die *Erbesbüde* von neuem gebaut worden &c &c: dorin „ *alle Quattemper* den Armen ein *Erbs Supp* jm Gottes willen geben „ neben eym Stuck Brott.

1594. JOANNES *Travelman* Medicinæ Doctor præter 30 fl. pro

pro Anniversario legavit *catenulam auream* in circa 4 Coronatorum ad Hierothecam.

1606. NICOLAUS *Trobe* qui ☩ 16. Sept. Eleemosynam cicerum auxit: „ also das nun furter ewig jede Fronfasten *vor sieben* „ *Gulden* meyntzer Wehrung Brod oder Weck *bey Austheilung der Erbes* „ *Suppen* solle gegeben werden.

1610. ANNA, *Balthasari Decker* Vidua legavit Fabricæ 200 fl. ut, præter Anniversarium, Eleemosyna inde erogetur.

NB. similia legata plura intermittere placuit.

1611. (Si Authori anonymo *Aureæ Moguntiæ* fides habenda) celeberrima illa Fratrum Societas Christum Eucharisticum perpetuo adorantium hacce in Ecclesia occepit. Fons uberrimæ devotionis, qui usque in universam Diœcesim latissime diffusus est. Credimus autem anno 1624 Societatem hanc debito modo fuisse completam.

1634. Cœpit & 1656 in perpetuum firmata fuit solemnis 30 dierum â Festo *Virginis Assumptæ* habenda devotio, qua tot diebus, exposito Venerabili Sacramento statæ preces Virgini Matri exsolvuntur, Fundatoribus: LUBENTIO *Pfingstborn* J. U. D. nec non GEORGII *Molitoris* Secretarii Metropolitanæ Ecclesiæ utraque Filia Virgine CATHARINA & ANNA CUNIGUNDA Sororibus.

1680. ☩ 19 Julii CATHARINA *Weissin*, nata *Merzin*, quæ legato dedit 100 fl. pro Casula, 100 fl. pro Calice, 100 fl. pro Anniversario.

1683. Die 4. Decemb. CONSTANTINUS *Bertram* Cancellarius † 100. fl. dedit, ut inde pauperibus refectio quot annis fieret *in Cœna Domini* „ das sollen 12 Hausarme Mænner *in dem Schulhaus* gespei-

 „ set

„ ſet vverden, dergeſtalt das man ihnen geben ſoll ein Erbes-Supp vnd „ Gemüs, 16 Brödger ad 1 Xr, 12 ad 13 Hæring, an grünen Fiſchen „ nicht, und 1 fl. 2 ℔ Kochbutter ſambt nöthigem Saltz und Holtz, „ jedem $\frac{1}{2}$ Maas tranckbaren Wein.

† Virum cæteroquin ſummum ante obitum à ſiniſtrâ fortunâ vexatum fuiſſe inſinuat *De Gudenus* Sylloge pag. 554.

1692. Datis 21. Januar. teſtantur Ædiles Eccleſiæ ſe à WILHELMO L. B. *Wolff* condicto *Metternich zur Gracht* Moguntiæ, Paderbornæ & Monaſterii majorum Eccleſiarum Canonico, Cameræ Mog. Præſide ſummam *mille florenorum* accepiſſe unde menſis cujusvis *primâ Dominicâ Sacrum* ſic dictum *Angelicum* cum Levitis ac ter repetito ante *trinam Benedictionem* cantu, *Ecce panis:* ſolemnius celebraretur.

1711. JOANNES JACOBUS *Waltenburg* pro Summa Æde Camerarius, conſignavit 300 fl. ut quovis menſe unum Sacrum fieret.

1724. Octiduanâ Solemnitate Jubilæum Confraternitatis Euchariſticæ quam celeberrime peractum fuit.

1739. Altare princeps novum ex marmore ſplendidiſſimum veteri ligneo ſublato erectum fuit teſtante quâ inſignitum eſt Inſcriptione ſequente

IesV agno absqVe MaCVLa sVoqVe pastorI
bono præſens ALtare posVIt DeVota
FraternItas.

SERI-

SERIES PAROCHORUM.

Integra dari nequit, damus tamen qualiter possumus.

RUDOLPHUS Plebanus Sti *Quintini* subit Anno MCCXXII. subscriptus inter Testes Sententiæ, quam pro Monasterio *Reters* SIGEFRIDUS II. tulit apud GUDEN. Cod. Dipl. III. p. 796. Denuo decennio post, nempe III. Nonas Nouemb. MCCXXXII. legitur inter Testes Diplomatis ejusdem Archi-Episcopi, quo EBERHARDO *de Isenburg* Canonico Metropolitano, quantumvis Domicellari, Præpositura *Limburgensis* collata fuit; confer JOANNIS T. II. Rer. Mog. p. 373.

CONRADUS. Anno MCCCXXVI. nominatur in litteris super *Grimmels erb.*

JOANNES MCCCLV. dedit litteras super fundatione CONRADI *Zum Widder.*

CONRADUS *Asselt* MCCCCXXIV. duos florenos pro censu annuo instituit.

JOANNES *Felsberg* Anno MCCCCXXVI occurrit, ubi mentio facta est dedicati summi Altaris. Eodem anno tricas eidem fecêre magistri fabricæ „ wegen einer Dasseln, die der Perner kaufft, „ vnd sie uff den Altare setzet in dem Kore ane vvissen vnd vvil- „ len vnd verhengnisse der Buwemeister, daz yme die Buwemei- „ ster an dem Zymmerman verboden, er solle ane der Buwemei- „ ster Anheisse nüst nit machen, als er auch gedet. &c. „ Interveniente NICOLAO *Geltbuße* controversia fuit composita; in eadem quoque chartâ habetur: „ auch hat CLESSE *Geltbuße* geredet „ zvvischen dem Perner vnd Buwemeistern, als der Perner gebe-

„ den hait vmb einer *Schafferde* in dem *Sendener*, dar Jn er sin „ dinck besliessen will, das sie Jme des gonnen wolten mit, *vff* „ *widerruffen* der Buwemeister vnd der *Parlude*. &c.

Ingens hic hiatus seriem intersecat!

CHRISTIANUS *Hypparius* *Itzsteinensis* Ss. Theol. Licent. Anno MDLXXVIII. edidit JOANNIS *Feri* Ecclesiastæ Metropolitani conciones â se in Germanicum versas. Fortasse præter Parochiam, quandam Vicariam in aliquâ Collegiatâ curare debuit; ait enim, ob frequens negotium Parochiale & *Chori munia* („ und „ schwœren Chorgangs halben „) in multis se impeditum. Cæterum CALLIDIO *Loos* in Catalogo *Scriptor. German.* audit „ S. „ Theol. Professor, vir pius, & felix interpres, qui & postillam „ JACOBI *Schæpperi* in Germanicam linguam, uti & alia quædam „ convertit.

M. JOANNES *Schneid* *Cocheimensis* jam subit in pergameo fundationum chartario anno MDLXXXIX, quando manu propria subscripsit institutioni Anniversarii sacri pro MARGARETHA *Ebersheimerin*, relictâ JOANNIS *Bonne.* ꝏ teste matricula quadam Baptismali anno 1602.

ALBERTUS *de Puteo;* qui qualis fuerit, loquitur eius lapis inferialis ita descriptus:

Sub hoc lapide situs R. D. ALBERTUS *de Puteo Marcoduranus, Ssæ Theol. Doctor, Collegii Keysersmerdensis Præpositus, Metropolit. Mogunt. Vicarius, hujus S. Quintini Parochus, Academiæ Rector Magnificus animarum Zelo, vitæ integritate Pastoralisque curæ vigilantia excellens; Hunc in charitatis opere versantem sustulit magno Parochianorum luctu Lethalis Antrox.* V. Kal. Octob. Anno CIↃIↃCVI.

CON-

CONRADUS *Dil* Ssæ Theol. Doct. Vicarius Metropolitanæ & ad *S. Gangolphum* Decanus, antea Parochus *S. Christophori* ∞ 1612.

CHRISTOPHORUS *Crusius*, etiam *Kraus*, Canonicus ad *S. Stephanum* ∞ 1624.

N. Rüger â Suecis per vim depositus MDCXXXIV.

JOANNES JACOBUS *Landvoght* loco prædecessoris intrusus ∞ 1636. Necrologium *Parochiæ S. Ignatii* diem emortualem 5. *Martii* adsignat.

JOANNES *Hardung* antea Parochus in *Brezzenheim*. Cœcus factus, sponte sua munere cessit MDCXLIV.

MARTINUS *Meyer* eodem anno *Hardungum* insecutus, post decessum *Wolffgangi Sigleri* curionis ad Metropolitanam, anno uno simul administravit Parochiam majorem. Vide GUDEN. Cod. Dipl. II. p. 760. Adlectus erat Canonicis *S. Stephani*; postmodum anno MDCLI. ex propriâ mente curas pastorales exuit, suscipiens munus magis quietum Primissarii in *Elfelt*. ∞ 1658.

JOANNES *Ely* Vicarius ad *S. Victoris*. ∞ die 10. *Octobr.* 1661 mane circa horam Octavam.

CHRISTOPHORUS *Burchardi* Eisfeldensis, abiit MDCLXIV factus *Philippopoli* in Diœcesi Spirensi Parochus & Decanus ruralis, ineunte mense Januario.

DANIEL *Gudenus* Ssæ Theol. Doctor & Sigillifer *Erfurtensis*, hoc anno MDCLXIV furores *Erfurtensium* â Principe Electore deficientium declinans, hùc venit, & Parochialem *S. Quintini* curam tantisper suscepit; vere DANIEL quia eloquio facundissimus. Haud vero

vero diu Vir optimus hic perstitit. Occupato quippe die V Octobris *Erfurto* & postmodum sub leges Moguntinas revocato, & ipse DANIEL illuc reversus est, ubi Anno MDCLXXIV ad B. V. M. & *Heiligenstadii* ad S. MARTINUM Honoribus Præpositi, & ad S. SEVERUM Decani dignitate auctus, demum *Episcopatu Uticensi* & Pro-Episcopi per Thuringiam summo munere Anno MDCLXXX decoratus fuit, tandemque magna cum laude Vitam Septuagenarius posuit die XI *Febr.* MDCXCIV.

JOANNES *Portenius Kempensis*, ad *S. Victorem* Vicarius & per XXVI Annos huius Quintinianæ Parochus. ☙ pie in Domino XV *Febr.* circa horam XII in meridie MDCXC.

QUIRINUS *Kunckel* Hechtsheimensis Ssæ Theol. & U. J. D. Canonum Professor publicus, Consiliarius Eccles. & Officialis ad *S. Victorem* Canonicus. Accepit possessionem post celebrata divina *Dominica Passionis* XII *Martii* MDCXC, cum prius aliquot actus parochiales provisorio modo exercuisset. Resignavit, & ad Parochiam *Heidelbergensem*, unde exul venerat, rediit mense *Julio* Anni MDCXCI. Viri laudes loquuntur quæ adhuc supersunt opuscula varia polemica, inter quæ præcipuum, cui titulus *Lilium inter spinas.* Cæterum Ab anno MDCLXXIX ad LXXXII Præsidis in Seminario, tum ab inde usque MDCLXXXV Parochi ad *S. Ignatium* & exin usque ad initia *Quintinianæ* Stationis *Heidelbergensis* munere functus. At cum secundò illuc accessisset haud diu ibidem quiete sedit, nam Gallis Anno MDCXCIII die XX Maji Urbem occupantibus, in primo militum æstu misere exceptus fuit, teste Seminarii Diario ita habente: „ 1693 den 22 dieses ist *Heidelberg* von den Frantzosen „ überrumpelt, und alles was sie in erster Furie angetroffen nider-

gemacht

„ gemacht worden, Hr. Dr. *Kunckel* pfarrer daſelbſten auch ausge-
„ zogen geplündert und in den backen gehauet, und ſonſten heſſ-
„ lich tractiret worden. „ Hoc eodem Anno iter Romanum in causâ Capituli Cathedralis Wirceburgenſis aggreſſus, ibidem dignitate *Præpoſiti ad S. Mauritium Auguſtæ* Anno MDCXCIV, annos ætatis tum XLII numerans, honoratus eſt. Sequenti anno Româ regreſſus eſt; tum Anno MDCXCVI. altera vice in Seminario Moguntino Præſidem egit uſque ad XIV *Decemb.* MDCCI, quo in fata conceſſit.

LEONARDUS *Nimis* *Walltbüranus*; hactenus in patriâ ab anno MDCLXXIV uſque MDCLXXXII Parochus, quo Præſes Seminarii renuntiatus eſt; fuit Ssæ Theol. D. Conſiliarius Eccleſ. & Officialis Moguntinus nec non ad *S. Bartholomæum* Francofordiæ Canonicus. Parochiam *S. Quintini* adiit MDCXCI: eandemque reſignavit die XXVII *Febr.* MDCXCVI, denuo *Walltbüranam* Parochiam ſuſcipiens, quam *in Perſona* ad MDCCI (â quo denuo Præſidem Seminarii egit) & deinceps per ſubſtitutos curavit, uſque ad MDCCXVI, quo qua Pro-Vicarius & Præſes ꝏ III *Januar.* ad S. Emmeranum ſepultus.

JOANNES MÀRTINUS *Engelhard* *Geiſſenheimenſis* Rhingagavus Sstæ Theol. & U. J. D. Anno MDCLXXXVII. die XIX. *Sept.* miſſus *Salisburgum* ad Seminarium, Anno ſequenti XVIII. Octob. rediit ad Moguntinum Seminarium. Anno MDCXC. die XVIII. *Jun.* in Sacerdotem ordinatùs, egit Capellanum *Heidelbergæ* apud Doctorem *Kunckel*, Quem & poſtea Romam ſecutus eſt. Parochiam *S. Quintini* adiit XIV. *Febr.* MDCXCVI. Factus exin Conſiliarius Eccleſiaſticus & Officialis Moguntinus, nec non Ss. Canonum Profeſſor Publicus & Ordinarius, præfuit uſque ad Annum MDCCIII. humanæ conditionis æque ac fortunæ fragilitatem expertus, Vir

alias prorsus eximius ac doctus. ꝏ in Seminario XXIV Decembris MDCCIX, postquam Juris Canonici explanationem & Paraphrasin in Psalmum L. devotione refertam typo reliquisset.

JOANNES LUDOVICUS *Schenckel*, *Fuldensis*, Missionarius Pontificius à prima *Maji* M DCC III. ꝏ Fuldæ MDCCX.

JOANNES WOLFFGANGUS *Antz*, *Mogonus*, in hac Parochia natus & baptizatus, antea à V. *Febr.* MDCCVIII. usque ad XXXI. *Augusti* MDCCX. ad S. CHRISTOPHORUM Parochus, Sstæ Theol. Doctor, Proto-Notarius Apostolicus, ad S. JOANNEM Canonicus & Decanus, aliquoties Universalis Studii Rector Magnificus, indefessus Promotor Sodalitatis Ssmi Sacramenti, unde & ex maxima parte ei debetur ordo, quo perpetua *Adoratio Numinis Eucharistici* per totam Diœcesim usque nunc laudabilissime peragitur. ꝏ Apoplexia tactus IX. Maji MDCCXXIX.

CHRISTOPHORUS *Nebel*, in *Sauber-Schwabenheim* XXVIII. Aprilis MDCXC *Matthæo Nebel* & *Anna Maria Veblingsin* Parentibus, utroque Moguntino, natus, sed à cunis *Rüdesheimii* altus; ex Seminarii Moguntini Alumno Anno MDCCXIII. die XXIII. *Sept.* in Sacerdotem unctus, die XIV. *Nov.* munus Cooperatoris in *Rauenthal* subiit, mox die VII. *Augusti* Anni sequentis fit ibidem Parochus. Anno MDCCXIX. Moderator Illmo Comiti *Francisco de Stadion* datus, eundem in Gallias Anno MDCCXXI. comitatur, ubi *Rhemis* Anno MDCCXXII. Doctoralem utriusque Juris Pileum sumpsit, post reditum Moguntiæ Anno MDCCXXIV. in *Novemb.* Epomide Doctoris Theologi honoratus. Equidem honestissimâ missione acceptâ *Rauenthalensem* Stationem hactenus per Substitutos curatam, reacceperat; sed vix ab Octobri MDCCXXV. usque ad

Janu-

Januarium sequentis Anni eandem tenuit, dum denuo DD. de *Laffer* Studiorum causâ *Salisburgum* ducere jussus fuit. Hac quoque profectione Anno MDCCXXVIII. finitâ, eodem ab Eminentissimo Archi-Antistite causâ Styli Curiæ Romam mittitur, ubi Anno MDCCXXIX. Parochiâ *S Quintini* donatur, quam in Persona Anno MDCCXXX. intravit. Exin Consiliarius Ecclesiasticus & Anno MDCCXXXIII. Pro-Episcopus Moguntinus & Seminarii Præses renuntiatur. Die XXIV. Januarii MDCCXXXIV. ab ipsomet Eminentissimo in Episcopum *Capharnensem* consecratur. Anno eodem à Ssmo Patre Canonicatum *Wimpinensem*, ab Eminentiss. Moguntino autem Anno MDCCXXXV. Præbendam ad *S. Stephanum* recepit. Anno MDCCXLI. Decanus ad *S. Stephanum*, Anno MDCCLVIII. *Custos* in *Wimpffen*, Anno MDCCLX. Serenissimi Electoris Palatini in Ecclesiasticis Consiliarius Actu Intimus factus, usque nunc stupenda alacritate viribusque integerrimis gregem *S. Quintini* curat, Jubilæum Episcopale (ceu Sacerdotis Anno MDCCLXIII. egit) propitio Numine celebraturus.

Epitaphia & Inscriptiones.

Ex sex supra triginta Inscriptionibus (præter illas quas L. B. de GUDENUS Cod. Dipl. III. pag. 976. & SERAR. Rer. Mog. l. 1. c. 31. Sec. 2. dederunt) aliquot tantum subjungimus, eoquod vix hodie superent adeoque & vix in Collectionem Würdweinianam devenerint, sunt autem ex Hellwichianis Schedis depromptæ, etsi hic & nunc mutilæ.

Anno Domini MCCCC. Sexagesimo ipsa die S. Margarethæ Virginis, obiit robustus Vir CAROLUS Buser *de Ingelheim Armiger.*

" *Inſcriptio tumuli extra Chorum ante Aram S. Crucis.*

" Anno 1574. den 20. Junii iſt in Gott verſchieden, der Ehr-
" wurdig und Edel Herr GOTTFRIED WOLFF von *Spanheim*,
" Dhumbherr zu Trier und Worms, ſeines alters 14. Jahr, dem
" Gott genadt. Amen.

Majores

Wolff von Spanheim — Schenck von Schmittberg
Wallendorff — Schwarzenberg

In Choro

Vive memor mortis paſcendis vermibus eſca;
Vana fuge & ſoli quære placere Deo.

In columna 1. à Choro & ad dexteram

Quis lateat tumulo quisquis miraris in iſto
Nolo mireris, tu quoque pulvis eris
Sic equidem dura mors exercet ſua iura
Ut nulli parcat, parcere nec ualeat.
*- - - - - - - - -
Præſul magnificus vermibus eſca datus.
Sed lector fragilis, quia putrent omnia carnis
Dic animæ perpes ut maneat requies!
- - - - - - lectio dulcis
Divinæ legis ſemper ubique fuit.
Cui Deus omnipotens tribuas cœleſtia regna
Et veram requiem ſemper in arce poli.

* Exeſa non poterant legi verba.

In

In columna 2. â Choro ad ſiniſtrum latus.

Cum conſtet vere nihil ortum ſine carere:
Semper homo timeas, ultimo ne pereas.
Gloria nobilitas, ſpecies, cum laude poteſtas
Sunt tenuis fumus, nos quoque terra ſumus.
De qua progeniti dum debita ſoluimus illi,
Dic ubi ſunt vitæ gloria diuitiæ?
Præſulis eximii quis non nouit - - - -
Dignum laude genus & pietatis opus.
Sed qui tantus erat, ubi ſit? ſi quis modo quærat:
Noſti qui tribuis vivere Chriſte tuis!
Nunc quoque defunctis nunc das ſua præmia cunctis
Vera ſalus mundi da gregis eſſe tui.

In fine templi ad parietem.

Pallida mors hominis immitis ſævit in omnes
Solum peccati ſed grave propter onus.
In terram quamvis cineresque reſoluimur omnes,
Noſtra etiam ſparſim ſic licet oſſa jacent.
Attamen ex magna Domini virtute reſurgent,
Extremis quando luxerit illa dies.
Illius hoc veluti teſtatur viſio vatis
Hiſtoriam cujus picta tabella refert.
Sic *Magdlena* pie per ſolum mortua Chriſtum
Bocharrina jacet, molliter atque cubat.
Francofurtenſi celebri quæ conſule nata
- - - thalami vincta fuitque thoro.
Omnibus exornata fuit virtutibus atque
Syncera coluit Relligione Deum.
Ergo per Chriſtum cui credidit illa, ſalutem
Æternam capiet quando reſurget homo.

PAROCHIA
AD
S. IGNATIUM
EPISCOPUM ANTIOCHENUM ET MARTYREM.

De veteris Ecclesiæ initiis & formâ.

QUanquam pervetustæ quæ quondam fuerat Ecclesiæ nihil prorsùs reliquum hodie superet, eius tamen meminisse oportet eoquod novum templum necdum ex omni parte sit consummatum.

Libet autem exscribere JOANNIDEM, ne nostrâ oscitantiâ quis suspicetur, aliquid circa primordia huius loci esse neglectum; ait is ad SERARIUM Rer. Mog. T. I. pag. 75. *quo tempore cœperit, quoque auctore non liquet. A multis iam temporibus CUSTODI Ecclesiæ Majoris ius competit nominandi, qui eam curet Parochum.* Juvat & HELWICHII verba inducere ita in MS. habentis: „ Anno MCCXCVII. *Non. Februar.* „ præsentavit EBERHARDUS *Custos majoris* (ad quem præsentatio spe„ ctat) Ecclesiæ Parochiali S. IGNATII *Mogunt.* D. GODEFRIDUM „ de *Osthouen* in Parochum futurum, ut ex ipsius præsentationis littera „ liquet. „

Quia tamen proëdriâ, ab antiquo usque nunc, parochialem *S. Emmerani* hæc *Ignatiana* antecedit, ætatis causâ hanc præcedentiam esse natam existimamus; adeoque cum illa *S. Emmerani* jam in Anno MCCXX substiterit, Hæc *S. Ignatio* nuncupata ante dictum annum, fors longe prius initiata fuerit.

Formâ

Formâ erat *perantiquâ*, hifce à SERARIO depictâ Rer. Mog. L. I. c. 31. Sec. 2. *S. IGNATII quæ geminis Turribus, quod eæ ad fummum ufque verticem quadris lapidibus totæ conftent, infignis eft. Eam fuiffe Templariorum confirmant M. S. è vicina domo cui nomen Der Tempelhoff.* Addit vero JOANNIS „ notandum: domum vicinam quam olim *den Tempelhoff* „ appellatam fcribit Author, hodie vulgariter dici *den Strafburger hoff*, „ eandemque effe in ditione Monafterii ad S. JACOBUM in Monte „ Speciofo.

Cæterum quamvis JOANNIS ex vifu fui temporis, SERARIUM corrigere aufus fit, eo quod is duas Ecclefiæ adfcripferit Turres; attamen qui MERIANI Topographiam Anno MDCXLVI. editam, aliafque veteris Moguntiæ icones ad manus habet, facile in lamina æneæ fub *num.* 8 confpiciet fpeciofas duas quarum SERARIUS meminit, Turres Ignatianas, quarum quidem una ab initio hujus Sæculi, altera vero ex poft ruinæ imminentis causâ dejectæ funt.

Infuper notatum velim, quod Author *Aureæ Moguntiæ* advertit: reductam nempe ad hoc Templum S. NICOLAI Parochiam, quæ quondam in afcenfu ad S. ALBANUM fub titulo S. NICOLAI *ad Stegam* pro habitatoribus Suburbii *Filzbach* conftructa fuerat. Ipfum autem Suburbium *Filzbach*, nomen â rivo è petra adhuc defluo quafi *Felsbach* fortitum & extra *mœnia Moguntina* ante *Portam Hircinam* ad littus Rheni fub pede Albanitici montis collocatum erat, fed quod in bello tricennali â Gallis cum *Hofpitali S. CATHARINÆ* ibidem fito exuftum effet, locusque munimentis magis opportunus foret, ipfum Suburbium exolere ex toto juffum eft, *Catharinæum*que *Hofpitale* prope curiam *Zum Stein* translatum fuit.

Ut autem ad Templum *Ignatianum* redeamus, vetus iftud Anno MDCCLX. ineunte vere dirutum eft, dum in novum ex fundamentis

opus

opus larga adhuc viventis *Joannis Caſpari Hænlein* Vicarii ad ædem Metropolitanam manus duodecim mille Rhenanos florenos ſponte ſua contribuiſſet Fabrica adhuc ſub operariorum manibus ſudat novum & ingens Urbi ornamentum præſtitura.

Jus Patronatus.

Ceu ſupra inſinuatum eſt, reſidet penes Reverendiſſimum Summi Templi Cuſtodem.

ALTARIA

Amodo deſtructo veteri Templo enarrare nulla poſſumus, habet tamen quinque Præſentiarios ſeu Altariſtas, qui Parocho ad Officia cantu & ſervitiis aſſiſtunt, Sacris ex nunc uſque ad completam novam Baſilicam in *Sacello Lauretano* PP. Capuccinorum defungentes, ſunt autem eorum

Tituli ſeu Beneficia.

S. CATHARINÆ,
S. ELISABETHÆ,
S. JACOBI,
S. CRUCIS,
S. MICHAELIS,
S. NICOLAI. Eſt Parochiæ annexum.

Anno MDXIII. in Protocollo Cleri ſecundarii numerabantur Præſentiarii XII. † fors computato ſimul Parocho; etenim ad Annum MCCCCVII. ſine Parocho *undecim* reperimus, qui fuerunt

† *Joannis* T. I. Rer. Mog. pag. 1001.

Ad

Ad Altare

S. JACOBI & AGNETIS:	*Petrus Isenbeubt.*
S. MICHAELIS:	*Joannes Senſenſmet.*
S. NICOLAI:	*Joannes de Hexheim.*
S. CATHARINÆ:	*Wentzo de Hexheim.*
Ss. TRINITATIS:	*Nicolaus Widder.*
B. M. VIRGINIS:	*Henricus Marauwe.*
Summi Altaris Primiſſarius:	*Joannes Heſſe.*
S. JACOBI:	*Nicolaus Jngelſtatt.*
S. TRINITATIS:	*Hermannus Rockenberg.*
B. M. V.	*Andreas Winbeymer.*
S. MARIÆ MAGDALENÆ:	*Petrus de Winckel.*

Itaque Altaria Ss. TRINITATIS, B. M. V. & S. JACOBI, binis unumquodque Vicariis commendata erant, ceu ſupra ad *S. Quintinum* advertimus, niſi velis, duplicia ſub his titulis ſubſtitiſſe in eadem Eccleſia Altaria, cui tam facile non ſubſcribimus.

Fundatores equidem, etſi libenter eorum memoriam ſuſcitaſſemus, nobis communicati non fuere: attamen ex collectaneis quædam damus, æquis lectoribus ut ſperamus ſatis accepta, nempe ex Regiſtro III. papyraceo, in quo anno MCCCCVII. Altariſtæ tam ſui Parochi quam ſuorum Altarium jura conſcripſerunt, tenore prout ſequitur:

I. „ Iſti ſunt cenſus attinentes *Plebano* Eccleſiæ S. IGNATII Maguntinenſis. In primis in Feſto S. MARTINI Epiſcopi, domus dicta Zum „ *Rorbuſen* ſita apud Cæmiterium ſoluit *iiij Vncias* denariorum Maguntinenſium & *ij* Cappones.

Cenſus reliqui per duo folia ſequuntur, & infra quidam eorum pro opportunitate dabuntur.

II. *Altare SS. JACOBI Apostoli & AGNETIS.*

" Collatores hujus Beneficii PETRUS *Cleman* civis Moguntinus &
" Wormatiensis. "

Hisce manus posterior supernotavit: modo *VINCENTIUS plebanus contulit PETRO Roßdusser. Item Hultzengot Plebanus contulit JACOBO Struß: post cuius obitum idem Hultzegot contulit Dno HENRICO Sticker &c &c.*

" Jam tenet & possidet Dominus PETRUS dictus *Isenbeubt.*

III. *Altare S. MICHAELIS.*

" Item Capella S. MICHAELIS, sita *in Cemiterio* Ecclesie sancti
„ *Ignatii*, quam iam tenet & possidet Dñus JOHANNES dictus *Sensen-*
„ *smet*, habet annuatim V. marcas denariorum Coloniensium tribus hllr
„ bonis & legalibus pro denario quolibet computandis, de curiâ dicta
„ *zum Greuenbuß* penes stratam, per quam intratur ad vicum cemiterii
„ Parochie S. IGNATII Maguntinensis in *Selboffen* sitam, quæ quidem
„ curia appellatur nunc *zum Nubusen*, & nunc dat censum predictum
„ *Henne Symerer* & *Elsa* eius legitima, filia *Steffan Gertners.* Vti lite-
„ ra desuper sigillata docet. „

Posterior manus supernotavit: *Nota: Dominus ULRICUS Hultzungot Plebanus contulit D. JOANNI de Altzeia, & idem JOANNES obtinuit ipsam in Constantia tempore Concilij, & illa sententia est cum aliis litteris in Ecclesia S. Ignatii. Post cuius resignationem Hultzengot Plebanus NICOLAO de Spira, qui pacifice possedit.* Item *JOANNES Heynebach Plebanus, contulit CONRADO sapientis* &c &c &c &c,

Ist

„ Iſt obgemelter Hoff verbrandt, vnd verfallen, das obgenant „ Beneficium wüeſt darvon vvarde, hatt *der Collator* des beneficiens mit „ Namen Meiſter JACOB *Piſtorius* von *Creuznach* Pfarrer obgenanter „ Pfarr mit ſampt Herren HERTWINS *von Etzſtein* Altariſten S. MI- „ CHAELIS Capellen nachgelaſſen, vnd an Werntlichen Gericht ver- „ williget und beſtettiget das furtermehro obgeſchriebener Hoff vnd „ vvas darzu gehört, nit mehr zu Zinſs zu dem Altar *Sancti MICHA-* „ *ELIS* geben, *dan vier Gulden an Albis* zu *Weynachten*, vnd kein „ Zinſs mehr. Vnd mage ein Beſitzer des Hoſſs ſein Beſſerung ver- „ kauffen, vven er vvill, auff die vier Gulden nach lut Brieff vnd „ Siegel, die Beſitzer hinder im hat. „

IV. *Altare S. NICOLAI.*

„ *Collator* huius Beneficii eſt Plebanus Eccleſie *S. Ignatii* tum temporis.

„ Altare S. NICOLAI ſitum in Eccleſia Parochiali *Sancti IGNA-* „ *TII*, quod iam tenet & poſſidet Dominus JOANNES *de Hexheim*, „ habet in annuâ penſione *triginta maldra tritici*, de bonis arabilibus, „ pratis, paſcuis, curia, domibus & earundem pertinentiis propriis „ & hereditariis in villâ & terminis villæ *Aſtheim* ſitis, *quibus WALFF-* „ *RAMUS dictus de ASTHEIM ciuis olim Maguntinenſis predictum do-* „ *tavit Altare.*

„ Item habet unum jugerum cum dimidio vinearum, ſitum in „ *Hocheim* zu *der langen Gewanden.*

„ Item habet tria quartalia etiam vinearum in *Hocheim* ſita ſuper „ viam Moguntinam, quæ ſolvunt V. ſolidos Haller. Annui censûs.

„ Item unum jugerum terræ arabilis ſitum *off Aſſenſtein* etiam in „ terminis villæ memorate.

„ Item habet unam domum sitam in vico Ecclesie dictam ad S. „ NICOLAUM solventem annuatim XXVI. Sol. hall. pro censu fun- „ di. &c.

V. *Altare S. CATHARINE Virginis.*

„ *Collatores* hujus Beneficii sunt: *Domini ad S. Victorem* extra mu- „ ros Moguntinenses. &c.

„ Hi sunt census pertinentes ad Altare *S. Catharine* Virg: situm „ in Ecclesia *S. Ignatii* Moguntinensis, quod iam tenet & possidet. D. „ *Wentzo* de *Hexheim*: habet annuatim primo XVIII. Solidos hellr. „ *De institis prope Sanctum Godehardum.* „ &c. Fundatorem leges infra.

VI. *Altare Ss. TRINITATIS, BEATE VIRGINIS, Omnium Sanctorum & ELISABETH.*

„ Hi sunt redditus & subpignora reddituum Altaris seu Beneficii „ *Ssme TRINITATIS*, *B. V. omnium Ss. & ELISABETH*, quod „ iam tenet & possidet *NICOLAUS Widder* in Eccles. Paroch. S. Igna- „ tii; *cujus Collatores sunt dum vacaverit Magistri Fabrice* existentes pre- „ dicte Ecclesie &c &c.

VII. *Altare BEATE MARIE VIRGINIS.*

„ *Collator* hujus Beneficii est *Plebanus* Ecclesie Sancti *Ignacii.* &c.
Videtur circa annum MCCCXXXVIII. fundatum, etenim, ut infra notabimus, prostant de hoc Anno Confirmatoriæ HENRICI Archi-Episcopi Mog.

VIII. *Primissaria Summi Altaris.*

„ *Collatores* hujus Beneficij sunt: Plebanus Ecclesie Sancti IGNA- „ TII vna cum Magistris fabrice.

„ Hi

„ Hi ſunt redditus *Premiſſarie* ſummi Altaris in Eccleſ. Paroch. S. „ Ignatii Magunt. cedentes in Villa *Gerawe* in Feſto Natiu. B. M. V. „ quod iam tenet & poſſidet JOHANNES, dictus *Heſſe*, & *erat col-* „ *lator Dominus PETRUS de Nubuſen* ciuis Magunt. qui compoſuit hos „ cenſus, & ſunt communes.

IX. *Altare S. JACOBI.*

„ Hi ſunt cenſus & redditus Altaris *S. Jacobi* in Eccl. Paroch. „ *S. Ignatii* Maguntin. quod iam tenet & poſſidet *D. NICOLAUS Ingel-* „ *ſtatt.* Primo XX. maldra ſiliginis dat *Winczo* ligator vaſorum reſi- „ dens in der *Grevengaß*, de bonis infra ſcriptis in *Biſſesheim.*

„ *Nota* Hic VINCENTIUS Plebanus contulit *Buintziis*, poſt „ quorum obitum *Magiſter HENRICUS Kunemide* Plebanus, contulit „ filio *Chriſtoferi*, qui retinuit in pacifica poſſeſſione.

X. *Altare S. MARIE MAGDALENE.*

„ *Collatores* huius Beneficii ſunt *Magiſtri Fabrice* cum *Univerſitate* „ hujus Eccleſie S. IGNATII.

„ Hi ſunt cenſus Altaris S. M. MAGDALENE ſiti in Eccl. Par. „ S. Ign. Magunt. quod iam poſſidet & tenet D. PETRUS de *Winckel.* „ Primo notandum eſt, quod Parochialis S. IGNATII Magiſter † *Cam-* „ *panarium* quando & quandocunque officium *Campanatoris* uacauerit, cum „ Vicariis predictis eligere poterit. „ † Parochum credo intelligit.

„ Sciendum eſt quod D. YSFRIDUS *Presbyter Campanarius* ibidem „ domum ſuam, quam ſuis ſumptibus conſtruxit, *Campanarie* dicte „ Eccleſie pro remedio anime ſue deputavit.

„ Item notandum: quod CONRADUS de *Binsheim* & GER- „ TRUDIS conjuges, cives Magunt. redditus VIII. *Maldrorum* ſiligi-

 nis

„ nis percipiendos de curiâ dictâ *zum langen Offen* sitâ apud Parochialem
„ Ecclesiam predictam ad Altare predictum. . . .

„ Item HARTUNGUS miles *de Olmena inferiori* eidem Altari red-
„ ditus *vnius maldri* siliginis, quod heredes sui dare & soluere tenentur,
„ addiderit.

Indulgentiæ Variæ
Pro hac Ecclesia concessæ.

Anno MCCXCVII. F. INCELERIUS *Buduensis Episcopus* & Moguntini Vicarius, *X. dies Criminalium* & C. *Venialium* de injunctâ pœnitentia relaxavit, qui S. *Ignatii* Ecclesiæ *manum porrexerint adjutricem*, seu divina officia ibidem frequentarint; *circumeuntibus vero cœmiterium dictæ Ecclesie & orantibus pro salute animarum ibidem quiescentium X. dies Criminalium* indulsit.

Eodem Anno: XVII Episcopi *Romæ* dederunt Indulgentias, quilibet XL dies, adeuntibus hanc Ecclesiam in Patroni, Apostolorum, *in quatuor* B. M. V. & præcipuis *Domini* Festis: Auctas & confirmatas ab GERHARDO Archi-Antistite Moguntino, datis *Altavillæ pridiè Id. Maji.*

Anno sequenti, & pro aliis Festis, alii XII Episcopi dedere similes XL dierum Indulgentias, datis *Reate 28 Novemb.*

Anno MCCCXVII. Datis *Avinione* VII. *Id. April.* denuo â *Sex* Episcopis. Anno MCCCXX. à XII Episcopis datis *Avinione* aliæ, à *Capitulo Metropolitano* Sede & Decanatu vacante XV. Calend. *Januar.* confirmatæ: Anno MCCCXXIV. speciales pro *Altari S. JACOBI & AGNETIS* (quas MATTHIAS Archi-Ep. Mog. datis *Aschaffenburgi* Kalend. Julii ratas habuit) Anno MCCCXXV. pro Altari B. M. V. & PETRI & PAULI: Rursus A. MCCCXXX. Pro Parochiali Templo, Anno MCCCXXXXII. pro Altari B. M. V. & S. ELISABETH &

MCCCLIII.

MCCCLIII. pro Capella *in Cœmiterio* S. MICHAELIS concessæ leguntur.

Demum sub pulcherrime depictis S. IGNATIO & CONRADO Archi-Præsule *Mog.* mediam B. M. V. habentibus: à quinque Cardinalibus *centum dierum* remissio addicitur, qui devotioni interfuerint dum *singulis diebus Sabathis hora Vesperarum* Antiphona *Salue Regina cum Sequentiis & Collectis per Clerum ipsius Ecclesie*, ad Aram B. M. V. decantatur.

Varia Notabilia.

Habemus „ *Excerpta: Registrorum trium*, diversa manu scriptorum, „ in folio papyraceo, *Fabricæ*, uno volumine veteris mem- „ branæ, distinctim singula consuta „ quæ intelligimus quando. R. I. Registrum primum, vel. R. II. secundum & III. tertium indicamus.

Anno MCCLVIII. *S. Victoris* in *Weissenau* degentes Canonici, quietis securitatisque causâ petunt intra muros Moguntiæ translocari. Annuit Archi Episcopus GERHARDUS I. datis *Moguntiæ* XVIII *Kalend. Februarii;* spondet quoque Capitulum Victorense *in vigilia B. Bonifacii* MCCLIX. & ratam habet pactionem, qua SIMON Custos Majoris, eis jus nominandi Parochum Ignatianum cesserat, dantes. „ in restaurum „ plenariam potestatem *conferendi Prebendam* -- proxime vacaturam, „ -- & *quotiescunque* Prebendam *eandem vacare continget*, „ ut ipse „ & „ universi Successores *Custodes Ecclesie Maguntine* illam *perpetuo* conferre „ possint. Imo GERHARDI Successor WERNHERUS eandem facultatem x. *Calend. Maji* MCCLX. fecit: de causis tamen, quas nescimus omnis labor ille incassum cecidit. Confer. JOANNIS T. II. Rer. Mog. p. 600.

Anno MCCXC. Plebanus S. IGNATII tricis implicatus est cum Collegio S. MAURICII super curiis *Zum Römer* & *Laderam:* quo exitu? non narrat qui ista insinuat JOANNIS. l. cit. p. 561.

Anno

Anno MCCXCI. *HENN Stalburger* & *Greta Richterin* patriciæ è Francofurtanis gentis Capellam cum arâ propriis instituunt ad hanc Parochialem sumptibus, in qua quot *Mercurii* diebus Sacrum celebraretur, pro dote dantes domum & hortum valde spectabilem Carthusiæ adsitum, pro quo exinde singulis annis plaustrum vini, quale in monte *S. Michaelis* vinifero enascitur, spoponderunt Carthusienses, literis apud *Stalburgerorum* primogenitum Francofurti custoditis. Vide LERSNER Chron. Francof. T. II. P. I. pag. 204.

In datis Anno MCCCVIII. fer. 4. *post octauam Pasche* * in curia R. Patris & Dñi nri Archiepiscopi „ Moguntini in loco consueto & solito „ judicii quæ *vngeboden Ding* vulgariter nominatur „ pro Altari S. JACOBI fit mentio subpignoris siti *ober dem Burg Weg* Item *Geramer Weeg*. PHILIPPUS de *Schoneck* Camerarius, Schultetus PHILIPPUS dictus *Swap*, CRAFFTO, EMERCHO & EMICHO dictus *Schubele* judices, ibi dicuntur. R. III.

Ab Anno MCCCXIII. prostat instrumentum, afferens: *Plebano & Fabricæ Magistris* jus esse nominandi ad Altaria S.S.S. TRINITATIS. B. M. V. O. O. SANCTORUM & S. ELYZABETHE. Sunt & pro hac re Confirmatoriæ GERLACI Archi-Episcopi. R. II.

Anno MCCCXIV. Ultimis tabulis *quartâ ante pentecosten* factis, HERBORDUS *Falkener* civis Moguntinus aram S. CATHARINÆ struendam, certisque, quos nominavit, reditibus dotandam statuit, jure nominandi Sacerdotem ad hoc idoneum, in Decanum & Capitulum *S. Victoris* translato. JOANNIS l. c. p. 612.

Matriculæ Parochiali ad annum MDCVIII. adnotatur: huic Altari adnexam fuisse Capellaniam, cum onere in festis prædicandi, sed quia longo tempore hujus Altaris Beneficiati oneri concionatoris non se submisissent: & ipsam concionem exolevisse.

Litteræ

Litteræ censuum latinæ de MCCCXXXI. mentionem faciunt variarum Moguntiæ curiarum onere censûs gravatarum. „ Uff dem Hus *in* „ *der Lompen-Baderstuben-Gasse.* Huss bey dem Hœffe *zum Kæler. Zu* „ *Selboven. By dem Grabe Born.* Huss *Marsperg* gegen dem Hove *zur* „ *Eych.* Huss *Kassenberg* zu Selhoven. Huss zum *Medebecher* uff dem „ *Dietmarck.* Vom *Jungfrawen Huss* zum *Gulffer* hinder dem Huss *zum* „ *Damme*, hodie Carthusianorum. Von einer Hoffreyden zum *Selbo-* „ *ven*, ubi SIBOLDUS Abbas S. Albani horreum construxit. In der „ *Stockergasse* gegen dem Hoff *zum Steine.* Vom Huss zum *Gysenhei-* „ *mer.* Huss gegen der *Viltzpacher Pforte*, zur *Gulden Lederhosen.* R. II.

Anno MCCCXXXVIII HENRICUS III. Archi-Epis. Mog. confirmavit *Altare B.M.V.* datis *Ebirbach* VIII. Kalend. Decemb. Reg. III.

Anno MCCCXXXIX. datæ sunt litteræ *Bannbrieff* de *lapidea domo* & Hoff *zum Fuess* uff dem *Holtzmarck.* R. III.

Similes de anno sequ. de domo *tzum Krebs* under der Smidden. Ibidem.

Anno MCCCXLVIII. in litteris super domo *by dem Anger*, in Registro censuum Altaris S. MARIÆ legitur: „ sciendum quod GOBELO „ *zum Nossbaume* coram JACOBO *zum Dürrenbaum* einem werntlichen „ Richter zu Mentze, D. PETRO Parocho S. IGNATII id temporis „ 4. lib. Hall. super 2. domibus *off dem Steinwege* prope *S. Heimeran.* „ da man geet *off die Ambache*, concesserit, & si *recto tempore* non dederint, poterit der *H. Pherrer* vnd die Gesellen sibi ipsis domos ap- „ propiare. R. III.

In litteris de MCCCLXIV. habetur: quod „ HENRICUS *Heyl-* „ *man* von *Prumheim* Ritter, *Gobeloni* Vicario Altaris B. M. V. in S. „ Ignatio ad suam Vicariam dedit 2. lib. Hall. in *Ober-Ingelheim.* R. III.

Pro Altarista S. ELISABETH *Senioris* in anno MCCCLXVII. in litteris mentio subit 1. lb. Hell. de iugero vinearum by der *Ketzerkautten.* R. II.

De anno MCCCLXXIX. litteræ testantur censum „ von einem Hu- „ se in *der kleinen Hundsgassen* ist nun zum *Cronberger Hofe gebrochen.*

De MCCCCXVI. prostat „ Ein Uffgifft uber das *Gotshus* in der „ *Lumpen-Baderstuben-Gassen*, thut jæhrlich 18 alb. uti & das *Backhus* „ daselbst, und ein ander Husgin in der *Kirchgassen*, alles dem Buwe „ übergeben zu einer ewigen Ampeln vor V. L. F. zu brennen. Jtem „ in der *Stocker Gassen*, hinder dem Hoff *Epstein.*

Sub rubro: *Hocheim* vel *Meyn-Bisheim* de anno MCCCCXXXIII. notatum legitur: „ *in Hocheimer Marckung* ultra mœnum 3. libræ pro „ *lumine perpetuo* in *arâ S. Crucis* ad *S. Ignatium* „ utinam nomina Fundatorum, quæ ibidem expressa dicuntur, â transcriptore notata fuissent!

Synodus Basileensis datis IV. *Kalend. Septemb.* anno MCCCCXXXIX. S. JOANNIS *Moguntiæ* & S. ANDREÆ *Coloniæ* Decanis recuperationem jurium & bonorum Ecclesiæ *S. Ignatii*, litteris patentibus demandat. ex authent.

Annis MCCCCL. & LXXXII. datæ sunt super 2. jugeribus vinearum *gegen dem Bruche uber an der Statt Allmend* litteræ, unde 1. marca annua pro *Jongen Heintzen* & parentum Anniversario cum Vigiliis pridie & Missa de *Requiem* altero mane habendis & duabus candelis supra sepulchrum totidemque in Choro accendendis, conceditur.

Ab anno MCCCCLIII. habentur in *Registro I* annui computus, qui in anno MDXLIII. desinunt. In eo, qui anni MCCCCLIII. est, fol. 2. index est *supellectilis sacræ pretiosæ. Ubi* „ 1. Sylber Schybe übergolt, „ hört an die Kappe. It. ein gros breit Bentgin ist Perlin hort auff St. „ Ignatien. It. *zwo silbern Rorn zu dem Kilch wann man die Lude bericht.*

Anno

Anno MCCCCLXIX. computus factus & redditus „dem Pherner und „den Buhemeistern. „ Ita & in reliquis annis notatur.

Erat & B. M. V. Confraternitas ; nam in computu anni MCCCCLXXXI. legitur: „ Hait *Clas Brant* Buhemeister ingenommen „ *von V. L. Frawen Bruderschafft* vnd was dartzu gesatzt ist wurden , „ vnd vff dem Gewelb ccccxLIII. ℔ VII. alb &c &c. It. hait derselbe *Clas* „ usgeben vor den Buwe *der nuwen Cappellen* bey Vns L. F. Elter ccvIII „ ℔. XIII. alb. VI. Heller „ &c &c. unde discimus tum Capellam istam fuisse conditam.

Imo & alterum Fraternitatis consortium ibidem viguit: etenim computus ab anno MCCCCLXXXI. ad LXXXIX. inscribuntur : „ Von allem Tzins wegen, vnd was zu dem Buwe gesatzt, vnd in Stock von „ allen funden, vnd *von beyder Bruderschaften wegen.* „ &c. Alteram autem hanc in sublevamen animarum purgatorio detentarum fuisse Fraternitatem discimus ex Registro II. ubi „ It. ein Brieff über VI Schillinge „ ewiges Tzins *zu der Elenden Bruderschafft.* Ein Tornes Fabricæ, 1. „ Torn. Parocho 1. Torn. *Obergluckner* uff dem Huse und Erbe *zum* „ *Sensenschmid*, hart an dem Wagener zu St. *Bestings* Capellen gelegen. „ It. 1. Huff gegen der *Jacobs-Herren* Aptye an der Dieder-pforten „ über gelegen. It. *Zum Roten Kolben uff dem graben* 2. Gulden in al„ bis an. 1481. „

Anno MCCCCLXXXVII. datur florenus unus „ zu der Ampeln „ vor V. L. F. R. II. It. *Clas Krampen* legavit 100 fl. Fabrice pro anni„ versario cum Vigilia, Missis, & *singulis Dominicis* pane albo dividendo „ pauperibus pro uno albo, & candelis, in Anniversario & die animarum.

MCCCCXCV. „ *Koch Henne* legavit fabrice 15. fl. annuos, ex qui„ bus 6. Parocho & Altaristis pro *Missa die Veneris* cantanda. Item 6. alb. „ Campanatori & 18. pro 6. Missis cum Vigiliis & 2. candelis in Anni-

„ ver-

„ verſario. It. 1. fl. *in Paraſceue* pro cantando Pſalterio. It. 2½ pro can-
„ dela quotidie ſub Miſſis, Vigiliis & Veſperis ſuper eius ſepulchro accen-
„ denda, It. 1. flor. pro lampade V. L. F. *im boben Chor* ardente. Item
„ 4. flor. pro perpetua ſtipe *quater in anno*. It. pro 2. candelis ſepulchro
„ imponendis in die animarum, & totidem à Præſentia. It. 1. fl. Fabri-
„ cæ Magiſtris pro expeditione ipſorum. Reg. II.

Anno MDXI. nova *duorum florenorum* eleemoſyna inſtituitur quot annis in egenos expendendorum. Item adſignantur *undecim* floreni & *medius* ſuper domo *Keiſerſperg* „ pro MICHAELIS *zum Spanbeimer* ſtipe „ & 1. *graën Tuch* pauperibus dividendo. R. II.

MDXV. „ 1. florenus pro Anniverſario *Schwartzen Hanſſen*, „ & alii „ 5. floreni, & quidem ex his 2. pro Miſſa B. M. V. *quovis ſabbatho*, „ 2. item pro *Roſenlauchen* ſtipe & 1. pro *Molſpergers Hengen* Anniver- „ ſario inſtituuntur. R. II.

Ex II. Regiſtro ſub rubro: *Zu Sanct Comede* hoc excerptum item ad manus venit; „ Hic trium diverſorum incolarum cenſus annue debiti „ de an. 1516. referuntur, uti & de anno 1519. 1. fl. aur. pro Anniver- „ ſario Dni *JOHANNIS Guriabons* ſilige, *quod ſignum eſt pagum ibi* „ *etiam fuiſſe*. „ R. II. Alia ſimilia mittimus.

SERIES

SERIES PAROCHORUM.

1297. GODEFRIDUS de *Osthouen* de quo supra

. . . . SIGEWINUS: placuit eum huc ponere, usque dum certa Chronologia elucescat; ejus meminit in loco organi, ubi quondam Altare *S. Nicolai* steterat, litteris Romanis facta & à *de Gudenus* Cod. Diplom. II. pag. 703. data descriptio hæc:

IDVS DECEMBRIS OBIIT IRMENGARDIS VIRGO. ✠ QVE ADHVC VIVENS SE SVAQVE CONTVLIT ECCLESIE S. IGNATII. QVA DEFVNCTA SIGEWINVS PLEBANVS ET PARROCHIALES S. IGNATII PARTEM CVRIE QVE DICTE VIRGINI ERAT, CONCESSERVNT FRATRI EIVS CONRADO IVRE HEREDITARIO SINGVLIS ANNIS PRO IIII VNCIIS MOGVNTINE MONETE DIE S. MARTINI. AGROS QUOQUE IN GIMMISHEIM PRO VIII. MALDRIS SILIGINIS, QVE PROPRIIS EXPENSIS IN SINGVLIS MESSIBVS AD DICTAM ECCLESIAM DEFERET, NVLLO GRANDINIS, PREDE, INCENDII VEL ALIQVO SINISTRO CASV IMPEDIENTE. QVODSI IPSE C. VEL SVI HEREDES HOC SOLVERE NEGLEXERINT, CADENT A IVRE HEREDITATIS, ET POSSESSIO REDIBIT AD ECCLESIAM AD OPVS SCI ✠ NYCOLAI ✠ PERPETVO

1344 subit NN. *Petri*, die 20. Maji quandam citationem causâ HENRICI *de Gelnhausen* novi ad *S. Mauritium* Præpositi, publicam ad adversarios faciens. Confer GUDEN. Cod. Dipl. III. p. 928. Obviat adhuc. 1348.

. . . . JACOBUS, de quo liber censuum: „ JACOBUS quondam

„ dam Plebanus S. Ignatii & mater ipſius legaverunt 2. fl. pro
„ remedio animae ſuae.

. . . . WERNHERUS. hujus ita meminit præfatus liber: „ 2.
„ maldra *in Zornheim* ex parte *Wernheri* Plebani h. Eccl.

1407 Erat VINCENTIUS initio Regiſtri III. ante Altariſtas tunc nominatus.

14 . . HENRICUS *Kunemide* qua Plebanus, poſt obitum VINCENTII nominavit ad Altare *S. Jacobi*, teſte Regis. III.

1427 VDALRICUS *Holtzengot* in memoriam venit ex lib. pergam. *S. Quintini* ubi ita „ Der Perrer Herr *Holtzengot* zu Sant
„ *Ignatien hatte Herre JACOB Mangolt*, eyn Her *zu Sant Bar-*
„ *beln* getzietterten vnd geladen in das geiſtliche gerechte vff den
„ Hoff, als *von des Opperß vvegen*, *daz da fellet vff Sant Bar-*
„ *beln Tag*, *vnd vff Kirwentag*, und daz da *über Jare in die*
„ *Stocken fellet*, daz ſulte Jme werden, *die wille iß in ſiner Parre*
„ *gelegen* &c. Der Richter mit namen Herre PETER *Odenheim*,
„ hat ſie gewiſt mit recht, daz ſie ſolich Offer dem Kirchhern
„ Her JACOB werden vnd verbleiben ſolle. Difs Vſs ſpruch
„ geſchach vff den *Dinſtag* vor Sante *Symon* vnd *Jude* Tag An-
„ no XXVII. Iare. „ Hunc inſecutus eſt.

14 . . JOANNES *Heymbach*, ut patet ex Regiſtro III, in quo recenſentur Parochi collatores Beneficii *S. Michaelis*. Unde colligitur & poſt *Holtzengott* fuiſſe *Heymbachium*, & Heimbachium quod exceperit

146 . JOANNES de *Lutrea* Laudatus ille à TRITHEMIO

(in

(in Catalogo Illuſtr. Viror. edit. Freher. p. m. 164.) Theologiæ Doctor, „ ſingulariter devotus, amator virtutum, hoſtis vitio-„ rum, fortiſſimus avaritiæ Contemptor, qui pluralitatem bene-„ ficiorum abhorruit, *titulum Epiſcopatus ſibi oblatum ſprevit*, qui „ primum in Gymnaſio *Erfordienſi* Theologiam multis annis glo-„ rioſe docuit, & poſtea *in Eccleſia Moguntina* Prædicatoris offi-„ cium ſtrenue geſſit. Scripſit ſuper ſententias lib. IV. Quæ-„ ſtiones quoque varias, ſermones de tempore & de ſanctis lib. II. „ &c. moritur 1479. „ ita *Trith.* Dum *Vicariam Epiſcopalem*, cui tunc Prædicatura in ſummo templo annexa fuit adijſſet (vide Diploma apud DE GUDEN. Cod. Dipl. II. p. 754) *Ignatiana* ſtatione deceſſiſſe videtur. Hoc enim ſuadet Chronologia Succeſſoris. A morte tamen ad hanc S. Ignatii Eccleſiam funus deportabatur: Ita enim in templo hoc legerat laudatus de GUDEN. Cod. Dipl. III. p. 976.

„ Anno Dni M. CCCC LX - - - - ꝯ JOHANNES de *Lotrecken* Plebanus huius Ecclesie.

1467 PETRUS *Horningk* coram JOANNE *Monch* de *Roſenberg* litem inter ſe & Præſentiarios ita deciſam ſuper *traditione* Libri beneficialis accepit: „ videlicet quod una capſa in dicta Ec-„ cleſia *S. Ignatii* fieri debeat, *cum tribus ſeris* ſiue clauſtris & „ clauibus diverſis, quarum quidem clavium D. Plebanus predi-„ ctus unam, & ſenior Altariſtarum alteram, ac tertiam Magiſtri fabrice tenere & ſeruare debeant. „ Actum *die Lune*, 18. *menſis Octobris*.

1502 ad usque 1518. excluſ. JACOBUS *Piſtoris* de *Creutznach*, ab 1518.

1518 NICOLAUS *Pistoris* Creutzenach, in

1520 CONRADUS de *Hoffheim:* ab

1521 M. THEODORICUS de *Nassau*, ab

1523 JOANNES *Eyerdagh*, ab

1525 PETRUS *Genheimer*, ab

1532 ad 1543 GEORGIUS *Pistoris* de *Creutznach*, in Registro I. & in rationibus Ecclesiæ occurrunt ; GEORGIUS autem teste monumento, & inscriptione *in tabula picta à sinistris Chori olim stante* circa 1560. in fata concessit : ita enim quondam ibidem legebatur.

„ Venerabili, pio ac perdocto Dño GEORGIO *Pistori*, de
„ *Creutznach*, qui cum huic Parochiæ 13. † annis summa
„ vigilantia præfuisset, communi fato annum complens 55.
„ viam universæ carnis ingresso, GEORGIUS *Artopæus*
„ Parochus & Concionator Mogunt. S. T. Doctor, filiali du-
„ ctus affectu, hoc sinceræ fidei monumentum P. F. C.
„ Anno 1560.

† In numeris error subesse videtur.

15... GEORGIUS *Scholl.* nobis innotuit, ex Epitaphio, quod in dextris Chori erat, ita habente:

„ Venerabili Dño, doctrina erudito, pietate ac virtute præ-
„ claro GEORGIO *Scholl* maioris *Ecclesiæ Mogunt. Vicario*, & S.
„ *Crucis* extra civitatem *Canonico* bene merito, huius Paro-
„ chiæ per *annos viginti duos* Pastori bene merito & fideli,
„ qui cum inter vivos desiisset, atque corpus terræ sacrati

hujus

„ hujus loci tradidisset: JOANNES *Scholl* civis Bingensis †
„ pietatis ergo hoc monumentum ipse depinxit & P. C.
„ Opt. Max. Deus animam æterna beatitudine decoret,
„ Obiit Id. April. Anno à nato Xto 1586.

† Qui scripsit Chronicon Bingense, ante 20. annos MS. visum.

15... MELCHIOR *Behem*, *Mogonus*, Filius Typographi FRANCISCI *Behem*. in Epitaphio ab Illustr. de GUDEN Cod. Dipl. III. pag. 993. & seq. tradito, atque anno 1602. posito, dicitur: „ B. M. V. in Gradibus Moguntiæ nec non *S. Crucis senior*, „ Canonicus, ac *Divi Ignatii quondam Parochus*, cui muneri XLIII. „ annos Dei gratia *hic & alibi* vigilanter præfuit.

1603. M. JOANNES *Knopff*, ceu Parochus à Festo *Purificat. B. M. V.* matriculæ baptizatos inscripsit.

1616 JACOBUS *Friderici* à 13. *Januarii* inscripsit. Hic anno 1618. supplices dedit pro Parochia *Mittelheim* Rhingaviæ, recommendatus ab Eberbacensi Abbate. Voti damnatus non diu in *Mittelheim* substitit, sed anno 1620. ad Parochiam in *Winckel* discessit.

16.. P. THOMAS *Fuchsius* Ord. Eremitar. *S. Augustini*. In actis Capituli Regularis, teste P. ANTONINO *Höhn* in Chronolog. Provinciæ Rheno-Suevicæ Ord. Erem. S. Aug. pag. 247, ceu Parochus Ignatianus anno 1628. prodit. Videtur autem ann. 1629. statione cessisse; etenim in Necrologio Parochiali hujus anni

ni ad mensem *Septembrem* legitur: NB. hic fuit *Parochus quidam Monachus S. Augustini* &c.

1630 à 1ma *Octobris*, JOANNES *Brigelius*, antea ad *S. Emmeranum* Parochus, subit.

1639 à 22. Jun. JOANNES *Volpius* baptizatos mortuosque matriculæ intulit.

1640 à 11. Julii JOANNES JACOBUS *Völcker* Ssæ Theol. D. & Canonicus ad Gradus B. M. V.

1656 GUILIELMUS *Schütz*, videtur Augustinianus Eremita fuisse; nam supra laudatus *P. Höhn* l. cit. pag. 8. narrat hoc Anno *Parochiam S. Ignatii* à sui Ordinis Patribus fuisse curatam, dumque pag. 269. hunc *Guilielmum* Parochum 1656. extitisse è suis: scribat: Procul dubio *Ignatianus* fuit.

1660 JACOBUS *Aretz Juliacensis*, Ss. Theol. D. ad *S. Petrum* & *S. Victorem* Canon. Protonotar. Apostol. Consiliar. Eccles. secundâ vice Rectorem Universitatis egit. Vide *Knod* Hist. Universit. commentat. II. p. 105. Quidni longe priùs Parochus? ♋ 6. Octobr. 1661.

166 . JEREMIAS *Metz* Ss. Canon. D. Instit. Cleric. sæcul. in com. viv. Sacerdos, ad *S. Stephanum* Canonicus. Anno 1680 „ *una* „ *cum Præbenda* Scholastici munus obtinuit provisione, quod dein „ Anno 1670. die 15. *Januarii* dimisit. Factus Decanus ad S. Paulum *Wormatiæ*, „ *Joannis* T. II. Rer. Mog. p. 565. Fuit & Doctoratus Theologici Candidatus, & Equestris ad S. Petrum *Wimpinæ*

pinæ Canonicus & Custos, nec non Pro-Vicarius Wormatiensis ☙ 23. Feb. 1693.

1670 CASPARUS *Vollmann* Ss. Canon. D. è Clericis sæcular. in Comm. Vivent. hactenus ab Anno 1667. Parochus in MILTENBERG; exinde promotus in Decanum B. M. V. in *Franckfurt* & in Canonicum *Moxstadii*, fuit S. C. M. Consiliarius & Librorum Censor, abiit:

1682 quo successit QUIRINUS *Kunckel* U. J. D. Officialis; cætera vide supra in *Quintinianis*; sua ipsemet autem manu inthronizatorum ad *S. Ignatium* libro adnotavit: se Doctorem *Vollmann*, post eius promotionem, hac in statione excepisse.

1685 JOANNES ANDREAS *Ludvvig*, Ss. Theol. D. Alumnus Moguntini Seminarii; successit in mense *Februario*. ☙ vero 3. *Decemb.* 1689.

1690 PETRUS *Jordan*, Metropolitanæ Vicarius. De hoc ad annum 1698. baptizatorum matriculæ hæc ad diem 19. Maji notata leguntur: „ hactenùs piè & exemplariter suam administravit Paro- „ chiam A. R. D. *Petrus Jordan* ad satisfactionem Parochianorum „ Exin quibusdam expunctis subjungitur: „ RR. PP. *Capuccini* „ supplevere ad 1. *Octobris*, quo die successi ego

1698 „ P. JACOBUS *Haan*, antea Parochus in *Ebersheim* & „ *Gau-Bischoffsheim*, qui sæcularibus curis ob bona laboriosa malui „ renuntiare & vacare spiritualibus in hac Parochiâ copiosis, *Ordi-* „ *nis* autem eram *S. P. Augustini*, quondamque per 12. annos Phi- „ losophiæ & Theologiæ Lector, & Licentiatus formatus ac Co- „ mes Palatinus Apostolicus „. Cui

1699 18. *Martii* ſucceſſit PETRUS *Cuntz* teſte Seminarii Diario. Qui † 14. April. 1704.

1704 JOANNES WILHELMUS *Kræmmer*, *Lobranus*, Seminarii Alumnus, U. J. D. Conſiliarius Eccleſiaſticus & Sigillifer, † 5. Maji. 1727.

1727 MICHAEL *Wunderlich*, *Mogonus*, Titularis Eminentiſſimi, antea in hac Parochia Sacellanus, Facultatis nunc Philoſophicæ Aſſeſſor, votis Parochianorum ob muneris ſedulitatem à Patrono expetitus.



PAROCHIA
AD
S. EMMERANUM EPISCOPUM MARTYREM.

HUjus æque ac aliarum Parochiarum initia adhuc in obſcuris ſunt. A quingentis tamen eam & ultra annis jam ſubſtitiſſe monumenta infra danda commonſtrant. Maximum ea, inter reliquas, parochianum populum numerat. *Eccleſia* recentioris eſt ſtructuræ ac reliquæ parochiales ſunt & nuper adhuc fuerant; curâ tamen eius qui nunc eandem moderatur cum ſingulari laude Rectoris nuperis in ennis quam elegantiſſime innovata & expolita, novâque & ſplendidâ Cathedrâ aliisque ornamentis fuit exculta & ad ſplendorem uſque ſingularem perducta. Id quoque

quoque hæc Parochia ſingulare habet, quod, ſi, qui eam curat Parochus Doctorali Theologiæ Laureâ ſit exornatus, annuis centum Imperialibus præter ſalarium ordinarium congaudeat. Non poſſumus quin gratam & laudatiſſimam memoriam Fundatoris tam liberalis hic reſuſcitemus, & quidem verbis iisdem quibus perquam officioſe res fuit communicata: „ Ex hæreditate ſeu legato Adm. Rdi Clariſſimique Dni „ M. HEINRICI *Thönen* †, Warburgenſis, & Eccleſiæ Collegiatæ ad „ Divi *Victoris* juxta Moguntiam Capitularis Canonici & Scholaſtici p. „ m. è cuius codicillo hæc formalia tranſumpta verba pro futura rei, „ tantique Benefactoris grata memoria hic abſcribuntur: *Eccleſiæ pa-* „ *rochiali S. HEIMERANI in Maguntia (ſi tamen civitas à Suecis libera-* „ *ta & reſtituta ſit) quia in dote & proventibus ac competentiâ tenuis ac* „ *pauper eſt, & hactenus doctum & continuum Paſtorem habere non potuit,* „ *ut inpoſterum, Deo adjutore, Catholicum, doctum & exemplarem ad mi-* „ *nus in Theologia promotum Licentiatum pro Paſtore habere & alere va-* „ *leat, lego eidem Parochiæ S. HEIMERANI pro augmento competentiæ* „ *ipſius Plebani obligationem meam apud Cameram Rdmi Archi-Epiſcopi* „ *Maguntini ſuper* 2000. *Dalers, Imperialibus, ſummæ capitalis, & pen-* „ *ſione annua* 100. *Imperialium TRINITATIS cedentium. Penſiones autem* „ *mihi reſtantes de anno* 1632. 1633. 34. *&* 35. *lego pro una media par-* „ *te Altariſtis in eadem Parochiâ ad ſuas communes præſentias: & pro al-* „ *tera mediâ parte ad Fabricam Parochiæ eiuſdem: quamdiu autem Paro-* „ *chus Licentiæ vel Doctoratus gradum in Theologiâ non habuerit, omnia* „ *Fabricæ in dicta Parochiali Eccleſia applicabuntur.* Alſo ſtehet auf „ dem Gültbrieff, welcher nach des Fundatoris Ableben der Pfarrey „ eingeliefferet worden. Der Gültbrieff iſt datirt *Montags nach Sſmæ* „ *Trinitatis den* 16. *Junii Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo* „ *primo.* „

 † Fuit

† Fuit simul ad S. PETRUM Canonicus, Vir non tam mortis causa in pias causas benignus, facile enim est donare ex iis, quæ quis secum portare morte vetatur, sed & diu antea in pauperes liberalis: quippe, ceu narrat *Joannis* T. I. Rer. Mog. pag. 83. qui in Hospitale S. *Barbaræ* (à VOLZONE Canonico ad Gradus B. M. V. ad homines prorsus miseros & absque omni ope in plateis projectos suscipiendos fovendosque institutum) anno 1607. contulerit *aureos probi ponderis ac valoris Hungaricos mille, nummorum vero uncialium, quos vulgo Imperiales siue Vallenses vocant, duo millia.* Fuit ab anno 1610. ad S. VICTOREM *Cantor*, ab anno 1621. Scholasticus, tandemque in fata concessit anno 1637. sepultus in æde S. JOANNIS.

Collator.

Est ipse Eminentissimus Archi-Episcopus & Princeps Elector Moguntinus.

ALTARIA

Quondam erant XII: Anno MDXCV. in veteri pergameno Anniversariorum Chartario hisce enumerata:

I. Altare Summum. II. *Exaltacionis* S. CRUCIS, Collatores: die Wüllenweber. III. BTE MARIE VIRGINIS, Collatores: Parochus & Jurati S. Emerani. IV. BARBARÆ, incorporatum Parochiæ. V. LAURENTII, Collatores: nobiles *zum Jungen* Francfurti. VI. CATHERINE, Collatores: nobiles *zum Jungen* Francfurti. VII. *Inventionis* S.CRUCIS, Collatores: Textores. VIII. ANDREÆ *Apostoli*, Collator: modo Emms Archi-Episc. Mogunt. IX. JOHANNIS *Evangelistæ*, Collatores: *Die Flucken* zu *Hocheim.* Modo Eminentissimus. Modo incorporatum Parochiæ. X. PETRI & PAULI, Collator Eminentiss. Mo-

Mogunt. XI. *Undecim millium Virginum*, Collatores: nobiles *zum Jungen* Francofurti. XII. MICHAELIS, Collatores: die Wüllenweber.

Extra Ecclesiam.

Recensentur eodem libro Altaria I. S. ALEXII. II. S. GEORGII. III. S. REMIGII.

Nota Anno MDCXCVIII. in eodem libro folio papyraceo Altaria VIII. hoc ordine recensentur:

Collatores:
- S. BARBARÆ est annexum Parochiæ, Emms noster.
- S. CATHARINÆ: nobilis Familia *zum Jungen* Francofurti.
- S. CRUCIS: Lanifices.
- B. M. VIRGINIS: Parochus & Jurati S. Emmerani.
- S. ANDREÆ: Eminentissimus.
- S. JOANNIS *Evangelistæ*: Eminentissimus. olim *Flickii.*
- S. MICHAELIS: Lanifices.
- SS. PETRI & PAULI: Eminentissimus noster.

Itaque præter Parochum VII. huic Ecclesiæ deserviunt Sacerdotes, prout idem insinuavit Author *Aureæ Moguntiæ*: pag. 209.

Juramentum

Plebani & Altaristarum S. Heymerami Maguntinensis Ecclesia confirmatum à M. Ioanne GUTWIN in Spiritualibus Vicario, in Curia czum Spanheim, in presentia HENRICI Cleyns Notarii & Testibus (Testium) *Anno* 1438.

Ego N. juro, quod ero fidelis Ecclesiæ S. HEYMERAMI, Plebano & singulis Personis eiusdem Ecclesie, & secreta eiusdem Ecclesie nulli pandam: quod conseruem consuetudines & ordines, quos Plebanus

nus & Altariſte hactenus obſeruarunt & tenuerunt ac ſeruant & tenent; quod promoueam preſentias huius Eccleſie abſque fraude & dolo, verbis & factis. Quod fideliter reſpiciam & exigam bona Beneficii mei, & non alienabo ſine conſenſu Superiorum meorum; dabo *unum florenum aureum* ad preſentias, & *unum quartale vini* de *ducillo meliori* in admiſſione mea Plebano & Sociis ſuis ac *Subcampanatori* * *unum par calceorum.* Portabo officium Preſentiarum per me vel per alium, quando ordo me tangit, & ponam fidejuſſores, qui mecum erunt Principales de ſatisfaciendo Dominis, & ſi non fecero hæc, carebo per integrum annum Preſentiis meis ſine contradictione. *Sic me Deus adjuuet* &c.

* nempe Ludimagiſtro, nam officium campanatoris, vel potius munus inſpiciendi ſuper pulſum & conſervationem campanarum adnexum eſt Beneficio Altaris B. M. Virginis. Confer WÜRDTWEIN Commentat. I. de Archidiaconat. pag. 13.

Anno MCCXX. hæc Parochialis delecta fuit, in quam commigrarent Canonici S. *Petri* foras Moguntiam ad plagam occidentalem habitantes; cauſas leges in charta SIGEFRIDI II. apud *Joannis* Rer. Mog. T. II. pag. 472. Solemniter etiam inductos imo jure Patronatûs donatos fuiſſe eosdem Canonicos legitur Diplomate alio ibid. pag. 473. recitato.

Quouſque autem ſub jure Petrino ſteterit, quove tempore in priſtinum ſtatum hæc Parochia ſe evendicarit, necdum explorare potuimus. Quidni iam mox primis in annis Petrenſes exceſſerunt? etenim inter longe plurima Petrenſia monumenta, quæ anecdota tenemus, nec ullum veſtigium deprehendi potuit Templum S. *Emmerani* longius à Petrenſibus occupatum fuiſſe. Quin ſi ſequiora inſpiciamus tempora, ex magnâ conventione Cleri & Civium vulgo *Die groſe Rachtung* Anno MCCCCXXXV. initâ comperimus: Civibus diſplicuiſſe, quod penes Deca-

Decanum S. Petri claves portæ Urbis (quæ à S. Petro dicebatur *das Peters - Thor*) detinerentur , quod & Decanus ENGELS sua manu ita adnotavit : „ Testantur manuscripti libri *Nocturnum* „ *Officium* antiquis temporibus laudabiliter peractum, laudabilemque „ hunc morem perdurasse ad Sæculum XIV. „ (quidni XV. ?) „ *quando* „ *erant penes Decanum claves portæ Vrbis, quæ à S. Petro intitulabantur*, „ qui potestatem claudendi & aperiendi easdem habebat. Anno 14.. † „ circiter id juris per plebeias factiones nobis ademptum, non obstanti- „ bus priuilegiis quibuscunque, quo tempore M. L. †† refert Matutinas „ intermissas, cum nunc citius nunc seriùs egressus pateret.

† Reliquis numeris spatium reliquit laudatus Decanus: putem circa annum MCCCXXXV. vel brevi post evenisse: nam supra dicta conventio inter alia ita habet : „ Und die zwo Pforten dieselbe „ Herrn von *S. Peter* in Meynung sindt , das *sie ihre gewest* , und „ uff ihrem Eigenthum stehen , mit Nahmen *die eine zwuschen der* „ *Kirchen Sanct Peters und der Clussen; und die andere vorby dem* „ *Inngang Sanct Peters Kirchhoff, als man aus der Statt darauf geen* „ *will* , steen, vnd wir darauff meynen , das sollich Pforten unss „ undt unserer Statt zugehören , ist bethedingt , das solliche Pun- „ ckte umb Sach willen blibet anstehen , mit Beheltniss einer igli- „ chen Parthyen jres Rechtens darinnen als hude zu Tag angeuerde.

†† Intelligit *Magnum Librum* S. Petri.

Anno MCCXCVI. Episcopi quatuordecim, frequentantibus hanc Parochialem, liberalem quivis XL. dierum Indulgentiam, eodemque Anno , alias totidem dierum alii XII. Episcopi concedunt gratias, iis qui larga donatione huic Templo subvenirent : *quia Ecclesia in tantum patitur arctitudinem , quod populus in eadem singulis diebus , & precipue in solemnitatibus Parochiani eiusdem Ecclesie ad hoc pertinentes , non possunt ibidem commode detineri. Similiter & Cemiterium eiusdem Ecclesie adeo strictum*

& arctum, quod corpora fidelium defunctorum in eo non possint aliquatenus sepeliri, in ipsius Ecclesie prejudicium non modicum & gravamen.

Anno MCCCCLXXV. Cardinales quinque ratam habent eam; quæ hoc in Templo instituta erat Societas: „ *Fraternitas* nuncupata *in* „ *honorem BEATE VIRGINIS, & S. HEYMERAMI.* „

Anno MDXXI. instituerunt: „ Providus Vir PETRUS *Bender* „ alias *Byerbruwer* nec non . . . Uxor sua *perpetuam Missam*, perpetuis „ temporibus in qualibet septimana *die Jovis* cantandam *de B. Virgine*, „ de qua Sacerdos habebit 2. *albos* in promptis; debet etiam ad statim „ visitare sepulchrum, ibidem orare Psalmos *Miserere* & *De profundis* &c „ &c &c. PETRUS *Bender* & Uxor sua dederunt in summa *centum* „ *quinquaginta florenos* in albis, 24. albos pro floreno computando.

Anno MDLXXIX. THEOBALDUS *Flick* Altarista *S. Emmerani*, concessit in emphiteusin prædia: „ genant die *Branndenburger Gueter*, „ zu *St. Johannis Evangelisten Altar* in gemelter Pfarrkirchen gehörig, „ in *Bretzenheimer Gemarckung ligendt*, mit Vorwissen und Bewilligung „ der Ehrsamen *PHILIPS* und SIMON *Flickhen* zu *Hochheim* soliches „ Altars aus vætterlicher Gerechtigkeit warer Giffter. Dem JACOB „ *Beckhern* -- in *Bretzenheim* wonhafft, und sinen Erben, mit aller Ge- „ rechtigkaitten und Zugehörungen ewigelich und erblich &c. das sie- „ ihme und denen Nachkommen Besitzeren des Altars zwischen den „ zweien unser Lieben Frauen Tagen Assumptionis und Natiuitatis zu la- „ tein genant *sechtzehen Mlr guet trücken Korn* Kauffmans Güet, geen „ Maintz in des Besitzers Behausung, o der wo er sie beschaiden wirdt, „ lieffern &c.

Anno MDXCVII. PETRUS *Appelman* ferme per quadraginta annos hujus Ecclesiæ Parochus, pro se Parentibusque PETRO *Appelman* & *Margaretha Meyßin* Anniversarium instituit.

Anno

Anno MDCXVII. Eodem, Ab GOTTFRIDO *de Limpurg* & EVA Filia, hæredibus *Curiæ Haynensis* (des *Haner Hoffs*) duo Sacra instituuntur, quorum *primum* pro GABRIELE & CATHARINA *Müntzenbäberin*, secundum pro dicto *Gotfrido*, Uxore *Juliana* & Filia habeantur.

Alia eiusmodi Anniversaria tacemus.

SERIES PAROCHORUM.

A. C.

1220 GUNTHERUS subit in charta immissoria Petrensium, à BOPPONE Præposito, RUTHARDO Decano & GODEFRIDO Custode Majoris Ecclesiæ datâ.

1226 ALEXANDER Plebanus *S. Hemmerami* subscriptus legitur litteris SIGEFRIDI II. Archi-Episcopi, queis redemptionem X. mansorum in *Schönrestet* ratam dixit. JOANN. T. II. Rer. Mog. p. 475.

1245 CONRADUS, Cantor *S. Petri* & Parochus *S. Heimerammi* legitur teste JOANNIDE l. cit. p. 507. & 495. „ in tabulis WERNHERI „ *de Bolandia*, quibus consensit SIMONI & WALTHERO „ (Decanus S. Petri WALTHERUS) „ militibus de *Rüdesheim*, ut deci„ mam quandam *Hattenheimensem* D. Petri Ecclesiæ venderent.

Hiatus ab inde magnus est in serie, cui complendæ usque dum certior Chronologia inveniatur, hi intercalantur

Parochi ἀχρόνοι.

SEBASTIANUS *Dörffner de Eystad*, subit in Necrologio MS. huius Ecclesiæ ad 8. Maji.

CRAFFTO *Sculteti.* Necrolog. ad 27. Maji.

WIGANDUS de *Hexheim.* Necrol. 15. Junii.

FRIDERICUS *Heydeck*, 10. Sept. Necrol.

CHRISTIANUS JUDAS *Carnificis* * *de Altavilla*, Necrolog. 16. Septemb. * *Metzger*.

JOANNES *Mertensteyn*, Necrol. 18. Sept.

Circa:

1434 JOANNES de *Reifferscheid*, qui Anno 1435. datis *Altavillæ* die 27. Martii à CONRADO III. in Pro-Episcopum denominatus fuit, quo honore sub titulo *Episcopi Cyrenensis* functus fuit. Vide JOANNIS Tomo cit. p. 433.

1497 JACOBUS *Merstetter* ex *Ebingen*, Parochus S. *Emmerani*, sub Doctore *Bertram* die 12. *Octob.* huius anni apud KNOD Histor. Univers. Mog. Comment. II. p. 43. subit, in cuius locum, qua Theologiæ Licentiatus 1510. ad Præbendam Aschaffenburgensem præsentatus confirmabatur ab URIELE XI. Augusti.

15.. JODOCUS *Selbach* ante Annum 1525; nam dum eum qua Decanum S. Petri JOANNIS l. cit. pag. 409. recenset, addit: „ legum Licentiatus, & *autea ad D. Emmerani Parochus* „. Variis titulis & præbendis exinde decoratus legitur: habes eum apud *Knod* l. cit. pag. 15. inter Rectores Universalis Studii; fuit quoque Canonicus *Aschaffenburgensis* & *S. Crucis*, ac apud *S. Stephanum* Cantor. Anno 1548. à SEBASTIANO Archi-Episcopo constitutus *Protonotarius* & *Judex generalis* quem hodie *Officialem* dicimus. ꝏ 1558. die 9. Nov.

Nota Alia nunc series in fronte Parochialis Matriculæ Anno MDLXXXV. scribi cœptæ se offert, tenore eo quem uncinis inclusimus; præfixi quoque sunt numeri: 1. 2. 3. & sic deinceps, quos tamen consulto intermisimus.

Ple-

„ *Plebani ſancti Emerani*

„ PETRUS *Adelt* Theologiæ Licentiatus „. Annus neque introitûs neque exitûs ſubnotatus eſt. Subit autem in litteris ubi Miſſa de B.V. pro quovis die Jovis à PETRO *Bender* Anno 1521. fuit conſtituta. Vivus parochiâ deceſſiſſe Probatur ex Succeſſore, probabilius ideo, quia majori quiete inter Beneficiatos ſtudiis ſe impendere poterat. Gaudebat quippe adhuc Parochus eâ inter Canonicos ad Gradus B. M. V. Statione, quam antea tenuerat JOANNES de *Dietenbergen* celebris inter Doctos Moguntinos *Dominicanus. Knod* l. cit. pag. 15. Idque circa annum 1515. evenit. Anno 1543. audit: PETRUS *Adelt* Maguntinus, Ssæ Theol. D. Ejuſdemque Profeſſor, ad Gradus B. M. V. Cantor, Rector Magnificus Univerſitatis tum primùm. *Knod* p. 17. Denuo Anno 1548. ſecunda vice Rectorem egit ☙ 1561. die 24. *Julii.* ibid. pag. 27. Et quidem qua Decanus ad Gradus obiit.

NICOLAUS *Sifrid* omiſſus in ſerie mox laudata huc erit ponendus, nam ex Necrologio altero hujus Eccleſiæ quod habemus ita ſcitur: „ XI *Cal. Sept.* ☙ Venerab. Dñus *Nicolaus Sifridi* „ hujus Parochiæ Plebanus, cuius annue Anniverſarii peractio „ obſervetur hoc modo: una Miſſa de Aſſumptione Mariæ ſemper „ Virginis decantetur per Plebanum, cum Collecta pro Sacerdote, „ & de Feſto: duæ candelæ apponentur ſepulchro *vor dem ewigen* „ *Licht* in medio coemiterii. Viſitetur veſpere & mane. Inde VI. „ albi. Obſeruetur ſemper in octaua Aſſumptionis. Inſtitutum „ eſt hoc anno 1529.

„ Magiſter JERONIMUS *Fridvvald* Anno 40. obiit. „ Ad finem Necrologii ſecundi, ubi mentio cujuſdam Anniverſarii inſtituti de 1534. facta eſt, ſubditur: „ Litera Dominicalis erat D. in „ præſentia HYERONYMI *Frideroders* Plebani S. *Heymerami* &c.

Nota longe aliter narrat *Knod*, quam hæc documenta domestica; ait enim l. cit. pag. 44. „ JOANNES *Reuß* ex *Eschwege*, adi- „ vit Plebaniam *S. Emmerani* ex abdicatione HIERONYMI „ *Friedwald* vacantem Anno 1528. „ Si annus 1538. scriptus esset, cur non crederemus? interim in serie laudatæ Matriculæ nil de *Reussio*, quin statim subjungitur:

„ MICHAEL *Zelner* Anno 51. 52. „

„ NICOLAUS *Lutz* Anno 53. „

„ JOANNES *à Via*, Theologiæ Licentiatus Anno 54. „ Quamvis ex hac anni notatione parvo tempore huic Parochiæ præfuisse videatur; eius tamen quandam rationem habere oportet ex edito à se libro; ubi dicitur *Agrippinas*. Circa ann. 1556. Cathedralis *Wormatiensis* & circa 1569. *Aulæ Bavaricæ Concionator Ordinarius*.

„ JOANNES *Fuell*, Anno 55 „.

„ Magister PETRUS *Appelmann*, anno Dni (*Esto mihi*) 1556. 57. „ 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. „ 73. 74. ipso *die Pentecostes* discessit ad patriam. „

„ Magister VALENTINUS *Hergenstein*, Anno 74. ipso die „ Pentecostes. 75. 76. 77. 78. die Dominica *Esto mihi* - - - -. „ Quis quaque Patria fuerit habemus ex Bibliotheca Miltenbergensi: ubi WICELII Typi Ecclesiastici parti ultimæ Anno 1566. impressæ quidam hæc olim adscripsit: „ Rdo ac Docmo Viro Dno M. „ VALENTINO N. à *Limpurg* ad *Lanam* Pastori divi *Heimerami* apud *Magontiam* ac Primissario Altavillano. „

„ Magister PETRUS *Appelman* reversus ex Patriâ à prædicto ter- „ mino. 78. 79. 80. usque ad *Assumptionis Mariæ*.

Magi-

„ Magister WILHELMUS *Lorichius*. 81. 82. 83. 84. usque ad „ Octauam Epiphaniæ. „

„ Magister PETRUS *Appelman* tertiò à Venerando Dño ac nobili „ viro Dno Vicario in Spiritualibus JOANNE SCHWEICKAR- „ DO *à Cronberg* Scholastico summæ ædis, vocatus ipsâ Domi- „ nicâ *vocem jucunditatis* 1585. suscepit & præfuit 86. 87.

NB. Huc usque una eademque manus, absque dubio PETRI *Appelman*, seriem contexerat; qui vero sequuntur Plebani, aliâ atque aliâ manu conscripti sunt. Cæterum ipse PETRUS adhuc subit *jovis post Cineres* 1594. In litteris queis Vigilias & Anniversarium pro se parentibusque PETRO *Appelman* & MARGARETHA *Meyssin* instituit; ubi ita: „ Das Der Ehrwürdig und wohlgelehrt Herr PETER *Appelman* Vicarius B. M. V. ad gradus in Meintz, undt „ Pfarherr *zu S. Emeran* sein Sterblichkeit bedacht, wegen „ und sonderlich, dieweil obgedachter Herr *Peter* Seellor- „ ger *an die vierzig Jahr lang* in gedachter Pfarr-Kirchen „ gewesen, und nach Christlich Liebe zum fleissigsten ver- „ sehen, und dem gantzen Pfarrvolck frue und spat bethi- „ net, und fürgestanden; so begeret sein Ehrwürden. „ &c. Ultimo morbo hanc dispositionem factam esse verosimilius, nec exin diu supervixisse *Petrum* credimus.

„ M. Frater THEODORICUS *Vetvveiler*, Dominicanus „ 1594. 95. 96. usque ad Festum *S. Martini*. Obiit 14. No- „ vembris „. Hic videtur aliquid scripturæ abrasum.

„ D. MICHAEL *Ritter* Anno 1597.

„ R. P. DAMIANUS *Macheretinus*, Ordinis *Frm Prædicato-*

„ *catorum*, â Festo Ssmæ *Trinitatis* Anno 1598. & Anno 1599.
„ usque ad mensem *Octobris* pie laudabiliter & fructuose præfuit
„ & rexit. Excessus ejus cum maximo populi fletu & dolore. „

„ ALBERTUS de *Puteo* *Marcoduranus* Ssæ Theol. D. Sprûs
„ S. SUIBERTI in *Keiserswerdt*, & Vicarius S. ALBANI, suscepit Administrationem Parochiæ S. HEIMERAMI Anno Dominicæ Incarnationis 1599. in Festo *Omnium Sanctorum*, eadem functus usque ad *Calend. Augusti* 1601, quando hinc recedens suscepit curam Parochiæ S. QUINTINI Mog. „

„ R. D. LEONARDUS *Buranus* Ssæ Theol. Dtr. â *S. Christophori* Parochia huc vocatus Anno 601. Præfuit Annis 15. „ cum magna laude, usque ad mensem *Julii* 1617. „

„ Rndus D. JOANNES *Volck*, *Mogonus*, Vicarius ad Gradus „ Moguntiæ, præfuit â mense *Julio* 1617. ad 1624.

„ JOANNES *Denhart*, Vicarius ad Gradus *Mariæ* Moguntiæ, præfuit â 3. April. 1624. usque ad 1625. Resignavit.

„ JOANNES *Bamer*, Canonicus Ss. Petri & Alexandri *Aschaffenburgi*, hic complens suum biennale studium ad duos Annos 1625. & 1626. præfuit Parochiæ.

„ JOANNES CYRIACUS *Appelius*, Vicarius *S. Victoris*, „ uti Primissarius curam egit 1627.

„ JOANNES TILMANNUS *Blanckenius*, ab Anno 1628. „ præfuit. „

„ JOANNES *Brigelius*, præfuit â 2. *April.* 1629, usque ad finem „ 1630: postmodum migravit ad Parochiam *S. Ignatii* Moguntiæ. „

„ GEORGIUS *Dietman* Anno 1631. 2. Febr. „

WIL-

„ WILHLEMUS *Zirckelbach* ab Anno 1631. circa * „ usque ad Annum 1637. ad initium *Januarii*, postea migravit „ in *Flersheim.* „ * Spatium vacuum.

„ JACOBUS *Sutorius* Vicarius *S. Victoris* & Decanus S. GIN- „ GOLPHI in & extra civitatem, ex Parochia *Weissenau* ad hanc „ Anno 1637. 4. *Januarii.* Eam resignavit Anno 1639. „ Patriâ fuit *Rothwilanus*, anteaque Officium Parochiale in *Costheim* administravit. Confer: GUDEN. Cod. Dip. III. pag. 1000.

1639 „ AMBROSIUS *Jordan* Parochiam suscepit 4. Aprilis, & „ adhuc administrat eam iam ad decimum nonum annum per Dei „ gratiam, *Cantor* & Canonicus SS. STEPHANI & MAURITII „ in Moguntia. „ Patria Mogonum fuisse & Anno 1669. in fata concessisse advertit JOANNIS T. II. Rer. Mog. pag. 571.

1662 „ MATTHIAS *Starck* Ssæ Theol. Doctor, & Theolo- „ gicæ Facultatis inclytæ Assessor, Consiliarius Ecclesiasticus Emmi „ ac Celsissimi Archi-Episc. Mog. Seminarii S. BONIFACII Re- „ gens, administrare cœpit 22. *Nouemb.* Anno 1662. Resignavit „ Anno 1671. mense *Novembri* successorem dans qui est LEO- „ NARDUS .... „ ita manu sua Rm̃us *Starck*, de quo vide „ Seminarii Præsides.

1671 „ LEONARDUS *Nimis*, Ssæ Theol. & U. J. D. & „ Professor in Alma Universitate Moguntina, Seminarii S. *Boni-* „ *facii* tum Sub-Regens, Consiliarius Eccles. Mog. „ Anno 1674 Parochiam in *Walltbürn* suscepit. Vide sup. *Quintinianos.*

1674 „ 29. *Nov.* JOANNES GEORGIUS *Klinckhard*, „ Ssæ Theol. & U. Jur. Candidatus, è Seminario *S. Bonifacii* Alum-

„ Alumnus. „ Teſte Necrolog. Seminarii Ssæ Theol. Licentiatus; Anno 1707. 11. *Febr.* ꝏ *Moguntiæ*: Canonicus in *Neuſtatt* prope *Viennam*, & Miſſionarius in Hungaria emeritus.

1675 „ 24. *Novemb.* GEORGIUS FRIDERICUS *Marx* „ Ssæ Theol. Doctor, *S. Bonifacii* Alumnus, abſceſſi (ita lib. cit.) „ Anno 1691. in Parochiam *Hocheimenſem*, XIVta Octobris. „ *Protſeldæ* natus 1648. die 12. Nov. Anno 1694. Curio Metropolitanæ conſtitutus vide ſup.

1691 JOANNES JODOCUS *Bley*, *Heiligenſtadienſis* Ssæ Theol. D. Canonicus ad Gradus B. M. V. Medicam apud Judæum opem quærens, in ipſa Judæi domo ſubitanee Spiritum exhalavit 28. Octob. 1716. Ordinavit Teſtamento, ut quot annis 200. fl. inter pauperes Parochianos *S. Emmerani* & ſtudioſos maxime Eichsfeldiacos ab Univerſitate diſtribuantur. Knod. Hiſt. Univ. Comment. II. p. 118.

1716 BERNARDUS *Blöchinger*, Ssæ Theol. Doctor, ad S. Joannem Canonicus.

1723 JOANNES *Hartman*, Fuldenſis Miſſionarius Apoſtolicam ceſſit 1729. futurus Parochus in *Hembſpach*.

1729 JOANNES ADAMUS *Faulhaber* Kennigheimenſis Ss. Theol. Doctor, Alumnus Seminarii & uno Anno Parochus in *Clingenberg*, poſtea ab Anno 1726. usque ad 27. *Novemb.* 1729. Parochus in *Biſchoffsheim* ad *Tuberam*, ingentis prudentiæ & ſtudii in Theologicis profundioris cauſâ Moguntiam avocatus, Conſiliarius Eccleſiaſticus, tum Officialis

&

& Proto-Notarius Metropolitanus ac Apostolicus, Facultatis Theologicæ Assessor, Canonicus Capitularis ad Gradus B. M. V. ☙ ex podagrâ intra corpus versâ 12. Maji. 1758.

1758 CAROLUS JOSEPHUS *Luca*, *Aschaffenburgensis*, Ssæ Theol. Doctor. Ex Alumno Seminarii Sacellanus in *Hattenheim*, tum post iter Romanum Anno 1756. Seminarii S. BONIFACII Sub-Regens, ab Anno 1759. Facultatis Theologicæ Assessor, ab Anno 1762. Consiliarius Ecclesiasticus.

Epitaphia quædam

Ex Hellwichianis:

I.

Anno Dñi 1504. den III. Tag des Monahts Sept. starb der Vest HANS *von Sorgenloch* genant *Gensfleisch*, der Weltlichen Richter zu Meintz und ein Borgmann zu Oppenheim und Dernberg gewest ist dem Gott barmhertzig sey.

II.

Epitaphium Filiæ atque Filiorum Nobilis Viri FRIDERICI *Hundt à Saulheim* & Honestissimæ BARBARÆ *Haberkörnin* à *Zellingen* Coniugum hac in civitate tum temporis præfecturam agentium.

Maria Margaretha Starb 31. Aug. 1590.
Henricus Eberhardus Starb 5. Mart. 1591.
Anthonius Schwickardus Starb 9. Mart. 1591.

Hundt.	*Haberkorn.*
Partenheim.	*Alben.*
Helmstatt.	*Spanheim.*
Braun à Schmidberg.	*Koppenstein.*

III.

His merito ſubjungendum recens innovatum

Franckenſteinianum.

Exhibet Tabulam prægrandem pictam, cujus in medio viſitur Chriſtus inter duos latrones aſtantibus B. Virgine & S. Joanne crucifixus, cui LONGINUS adequitans lanceâ latus aperit, ſubtus hoc medium: Cœna Dominica. Ad dexterum latus Crucifixi imago S. EUSTACHII ad ſiniſtrum S. ANNÆ depicta eſt; ſubtus S. EUSTACHIUM octo de Stemmate *Franckenſteiniano* Maſculi exhibentur & nono loco Puſio faſciis involutus; ſubtus vero S. ANNAM Domicellæ effigiatæ habentur; hoc ordine & Nominibus:

1. JOANNES EUSTACHIUS von und zu *Franckenſtein*, Ambtman zu Hœchſt und Hoffheim.
2. JOANNES LUDOVICUS von *Franckenſtein* Domherr zu Mayntz und Würtzburg.
3. JOANNES REICHARD von *Franckenſtein* Domherr zu Würtzburg.
4. JOANNES CAROLUS von *Franckenſtein.*
5. JOANNES DANIEL von *Franckenſtein.*
6. JOANNES FRIDERICUS von *Franckenſtein.*
7. JOANNES PETRUS von *Franckenſtein.*
8. JOANNES EUSTACHIUS von *Franckenſtein.*

1. ANNA MARGARETHA von *Franckenſtein,* gebohren *Brendelin* von Homberg. 1620.
2. URSULA CATHARINA von *Fr.*
3. ANNA MARGARETHA von *Fr.*
4. ANNA MAGDALENA von *Fr.*

Notes hanc Domicellam veſtitam eſſe habitu quodam religioſo, Roſariumque manibus tenet.

5. & 6. Sunt Domicellæ parvulæ de genibus flectentes, quibus adjacent duæ infantes faſciatæ.

9. *Infra*

Infra Cœnam Domini depictam legitur :

Altare quondam Majus
Pro ſupra denominatis Epitaphii loco erectum
Anno Dom. MDC. XXXIII.
Remotum MDCLXXX.
In Memoriam
CAROLI ERNESTI MARIÆ
ANNO MDCCLVI. XXV. NOV. defuncti
A Fratre Fratri parentante
Renovatum MDCCLXV.

IV.
Hellvvichianum.

Vetus hoc Monumentum, hocce loco humi poſitum ac ſqualore obſitum ab hominum conculcatione elevari, ac huc erigi curavit GEORGIUS HELLWICH Moguntinus Vicarius *S. Albani*, Mog. Antiquitatis inquirendæ ſtudioſus Anno Salutis 1614.

D. O. M.

SYDONÆ MARIÆ honeſti & ſpectabilis Viri D. JOANNIS CHRISTOPHORI RAPP Vxori fidiſſimæ, quæ primam prolem parturiens una cum fœtu ANNO Chriſti 1600. die 14. Auguſti hora 10. meridiana ætatis ſuæ 35. Coniugii vero 1. beatè occubuit.

CATHARINÆ honeſti & egregii Viri D. LAURENTII HELLWICH Præpoſituræ Moguntinenſis Præfecti &c. Coniugi chariſſimæ ANNO Salutis 1609. die Mercurii 8. Aprilis intra 5. & 6. horam veſpertinam ætatis ſuæ 47. Coniugii 25. pie & placide mortuæ.

CHRISTINÆ Optimi ac honeſti Viri D. THEODORICI MANTZ, Wormatienſis quondam Præſulis Cellarii, ac Cathedralis Eccleſiæ ibidem poſthæc Stabellarii, Viduæ, in religioſa Filii Dei & Sanctorum invocatione Anno 1609. die 1. Octobris intra 12. & 1. horam pomeridianam, ætatis ſuæ 40. placide in Chriſto defunctæ. Soro-

Sororibus tribus è Wormatia natis, egregii & ſpectabilis Viri D. JODOCI HORNUS Cæſareæ-Lutrenſis, Civitatis Wormatienſis Scribæ Judicialis, & APOLLONIÆ *Kreyſin*, Filiabus legitimis, ſpectata pudicitia fideque conjugali, pietate quoque, Religione Catholica, moribus vitæque Sanctimonia, ac omnibus Chriſtianarum Virtutum dotibus condecoratis; CATHARINÆ Matri dulciſſimæ cæterisque Materteris amantiſſimis.

Nec non
Honoratiſſimo atque integerrimo Viro, pietate, virtute, prudentia & auctoritate præſtanti

D. LAURENTIO HELLWICH
Ex *Oſthoven*
Vangionum agro oriundo,
Trium Præpoſitorum Moguntinenſium & reſpective Epiſcoporum Wormatienſium
D. D.
GEORGII â SCHÖNBERG,
PHILIPPI CRATZ â SCHARPFFENSTEIN
ET
GEORGII FRIDERICI GREIFFENCLAW
â *Vollraths*:
In Præpoſitura Moguntina
ad annos XXVI.
Præfecto Vigilantiſſimo,
Huius Parochiæ Jurato ac fabrices Magiſtro,
Ciuique Moguntino fideliſſimo

anno

Anno Christi 1611. die 6. Martii
intra horam 12. & 1. pomeridianam
Ætatis suæ 54, Conjugii vero 25.
pie in Christo JESU defuncto,
Parenti desideratissimo.

Quorum omnium cineres & ossa, hic iuxta Baptisterium ad dextram uno cubiculo includuntur:

GEORGIUS HELLWICH

Filius senior, D. Mauritii Canonicus ac Metropolitanæ Vicarius, spe certissima Salutiferæ Resurrectionis & fide ductus, una cum Fratribus *Antonio* & *Philippo*, nec non Sorore *Christina*, piæ recordationis ac memoriæ ergo, tantisper dum cœlesti diuinæ vocis tuba excitati reviviscant, & ad beatum omnium Sanctorum Cœtum lætissime transferantur; Hoc monumentum postremi muneris affectu lugens posuit Anno Salutiferi Partus MDC...

Beati Mortui qui in Domino moriuntur.

Inscriptiones quædam è Fenestris olim.

In fenestris Chori ad latus Evangelii Summæ Aræ erant:

JOHANNES RICHARDUS de & in *Franckenstein*. Cath. Bamb. Herbip. Wormat. Canonicus Capitularis & respective Scholasticus, Senior, Jubilæus.

JOHANNES CAROLUS de & in *Franckenstein*, Wormatiensis & Equestris S. *Ferrutii* Canonicus, respective Custos & Scholasticus.

Ad

Ad latus Epiſtolæ in feneſtris Chori.

ARNOLDUS von *Hornig*. V. J. D. Eminentiſſimi Electoris Moguntini Conſiliarius aulicus.

MARIA CATHARINA von *Hornig*, gebohrene --- von *Roſenbach* Anno 1663.

In feneſtris alæ ad Evangelii cornu.

JOHANNES MARTINUS *Grosbans*, Eminentiſſ. Princ. Elect. Mog. Conſiliarius, in ciuitate Moguntina violentiarum Præfectus, & judicii ſæcularis Aſſeſſor.

MARIA *Grosbanſin*, gebohrne von *Reigersberg* 167..

ANNA MARIA *Grosbanſin* gebohrne *Robkochin* 1671.

VALENTINUS *Hohfeld* Churfurſtl. Maintziſcher Rath, und geheimer Secretarius, & MARIA EUA *Hohfeldin* gebohrne *Mertzin* 1672.

In feneſtra prima alæ verſus cornu Epiſtolæ.

VITUS *Berninger* Churfurſtlicher Maintziſcher Rath und geheimer Secretarius. 1671.

In feneſtra ſecunda:

Inſignia BOINEBURGICA.

In tertiâ

DIETERICH *Burger* Churfurſtlicher Maintziſcher Cammerath.

In quarta

JACOBUS *Becker*, Burger und Gaſtgeber zu Maintz und *Jurat.* & ANNA MARGARETHA *Beckerin* Ehleuth. 1673.

Ex quibus feneſtrarum inſcriptionibus colligitur: tum temporis hocce templum fuiſſe innovatum.

Bina *Necrologia* vulgare hiſce ob anguſtiam pagellarum intermittimus.

PARO-

PAROCHIA AD SS. CHRISTOPHORUM, MARTYREM ET VALENTINUM, EPISCOPUM MARTYREM.

Nota: Quod S. VALENTINUM Titulis hujus Parochialis adſcripſerim fecit liber Parochialis in quo legebatur: „ S. „ VALENTINUS *eſt Compatronus Eccleſiæ* S. CHRISTO- „ PHORI, non Martyr Presbyter quem Breviarium ha- „ bet, ſed Epiſcopus Martyr. Si in quadrageſima hoc „ feſtum venerit, *Matutinæ non cantantur*, ne Parochiani „ impediantur ab audiendo ſermone ad populum in ſumma „ Eccleſia fieri ſolito * & in quatuor Ordinibus Fratrum „ mendicantium, adiutorum omnium Plebanorum loci. „ Et in alia ſcheda: „ Eſt etiam feſtum S. VALENTINI „ ſolenne cum indulgentiis.

* Alio tum, nempe matutino, tempore conciones iſtæ fiebant.

Antiquitas hujus Eccleſiæ.

PAtet ex eo, quod Anno 893. iam extiterit Moguntiæ *Capella* S. CHRISTOPHORI Monachis Trevirenſibus *S. Maximini* addicta, ceu late oſtendit L. B. de GUDENUS †. Atque ex eadem Cappel-

M la

la postmodum enatam fuisse *Ecclesiam Parochialem*: probat jus patronatus ANNO adhucdum 1491. *à San-Maximinianis* exercitum, ceu infra dabimus.

† Cod. Dipl. I. pag. 4. & Cod. Dipl. III. pag. 1000. & 1021.

Annum vero quo ista Cappella in Parochialem ampliata sit non facile indagaverim. Equidem SERARIUS scripsit: †† „ S. CHRISTO- „ PHORI circa ANNUM MCCXCII. cœpta fuit & sensim perfecta. „ Eadem habet Anonymus author *Moguntiæ sacræ*. ††† Quod uterque ex indulgentiarum tabulis infra ad hunc ANNUM dandis collegisse videtur; at id non tam præcisè sumendum esse, suadent ea quæ legimus †††† circa disceptationem ANNO 1272. habitam inter *Bernonem* Decanum & Capitulum *S. Petri* ex una & *Herwicum* Advocatum in *Muscebach* ex altera parte „ super quodam iornali fructifero, censum *unius maldri siliginis Parochiali S. CHRISTOPHORI* pendente. „ Ea tamen quæ hodie adhuc subsistit Ecclesia, tum temporis, ceu SERARIUS notavit, constructa videtur. „ Cum vicinum Gymnasium incolerent *Societatis* „ *JEsu Patres*, neque proprium adhuc templum haberent, in hoc Sa- „ cris operari, confessiones audire & concionari solebant. *Serar.*

†† Lib. I. Rer. Mog. cap. XXXI. ††† §. 14. pag. 208. ita habens: „ S. CHRISTOPHORI *Parochia* sub A. D. 1292. erecta, „ *tabulis literisque*, quarum aliquas §. 9. referavimus „ (puta circa *jejunium bannitum*) „ inclyta: eademque the- „ sauri, quem habet Moguntia sacerrimum *S. Crucis* velut „ palladii sanctioris fida Custos, quam ex Ecclesia *S. Crucis* „ induximus. „ Loquitur author de temporibus turbulentis, in quibus sacra hæc imago intra Urbem ad hanc Parochialem reportatur; ubi & preces menstruæ, quæ Collegium S. *Crucis* contingunt, ex ordine haberi solent.

Jus

Jus Patronatus.

Eſt hodie penes ædiles hujus Eccleſiæ, qui *Juratorum* nomine noti ſunt. Antea erat *Abbatis* ad *S. Maximinum Treveris*, â quo, anno adhuc 1491. FLORENTIUS *Diel* nominatus eſt. Qua vero ratione id juris ad dictos ædiles devenerit, necdum invenire potuimus.

ALTARIA

Sunt: I. Summum.
II. B. MARIÆ VIRGINIS.
III. S. CRUCIS.
IV. S. CATHARINÆ.
V. S. NICOLAI.
VI. S. VALENTINI.
VII. THOMÆ Apoſtoli, olim *Jacobi* & *Leonardi*
VIII. S. MICHAELIS, in cœmiterio.

Beneficiati ſeu Altariſtæ.

Non ſunt hodie niſi *quatuor*. Quorum tres ad Altare S. CATHARINÆ intitulati ſunt, ſub nomine, *primi*, *ſecundi* & *tertii* Beneficii; ultimo tamen additur: *genant im Glockhauß*. Quartus Altari S. NICOLAI adſcriptus eſt.

JOANNIS pro anno 1513. ex Protocollo Cleri *ſecundarii duodecim* numerabat præſentiarios, † cui adſtipulatur deciſio anno 1525. data inferius ex integro recitanda.

† T. I. rer. Mog. pag. 1001.

Beneficiati hi ſine ullius contradictione â Parocho & ædilibus Eccleſiæ hactenus ſunt nominati ceu ab anno 1584. usque hodiè comprobari poteſt. Cæterùm fata temporum multùm reditus & jura hujus

Ecclesiæ detriverunt, adeo ut dotes Altarium passim deperierint, ceu ad quodvis ferme notabitur.

Altare summum.

Titulo S. CHRISTOPHORI, quondam teste Vet. Libro consuetud. erat dedicatum etiam Honoribus S. JACOBI Apostoli & S. LEONARDI Confess.

Dote caret, nisi census Parocho competentes eo revocare quis vellet.

Vetus Altare anno 1568. loco suo motum & ab ANTONIO *Reschio* Episcopo Salonensi & pro-Episcopo Wirceburgensi reconsecratum fuit, ceu tabulæ loquuntur ab de GUDENUS Cod. Dipl. IV. p. 726. editæ.

Anno 1761. dum Chorus ampliaretur & renovaretur, summumque Altare denuo loco moveretur, in loco cui superstructa fuerat antea hæc ara Primaria, dum terra pro conficiendis sepulchris concameratis effoderetur reperta est pars muri subterranei: cui occidentem versus imago Christi crucem bajulantis, versus meridiem autem *S. Christophorus*, B. V. Christum è cruce depositum sinu gestans, & demum quidam Clericus genuflexus adpicti erant, per hemicirculum â capite Clerici versus iconem Matris dolorosæ hanc inscriptionem sine anno & nomine ferens litteris gothicis factam: *Herr. durch. dyn. Pyn. la. dir. min. Sele. befolhen. syn.* Colliges olim ibidem cryptam subterraneam stetisse.

Altare B. M. V.

Et certo Beneficiato æque ac signatis redditibus caret, quot tamen septimanis unum Sacrum ibidem per Præsentiarios curatur.

Altare S. CATHARINÆ.

Tribus Beneficiatis in Titulum cedit ceu supra insinuatum.

Alta-

Altare S. NICOLAI.

Uti aliorum Altarium ſic & hujus Fundatores ignorantur; fertur quandam *de Floos* familiam quondam jus Beneficiatum nominandi petiisſe, ſed â centum & quod excurrit annis nemo id juris ſibi vendicavit, quin Parochus & ædiles hucusque Patroni fuerunt. Ubi *notes* Parochum non tam voto co-electivo, quam & in concurſu votorum parium, *deciſivo* gaudere.

Altare S. VALENTINI:

Item

Altare S. THOMÆ.

Quoad origines, redditus & jura ſunt incognita: præterquam quod in feſtis Ss. ANTONII Abb. SEBASTIANI & THOMÆ in poſteriori, in feſto vero S. VALENTINI in Arâ VALENTINIANA Miſſæ ſolemnes decantentur.

Altare & Capella S. MICHAELIS.

Aeque cum cæteris & Beneficiario & emolumentis caret, quamvis redituum ad eam datorum mentio iam anno 1330. ſubeat, ceu infra legetur.

Erat ex quodam compromiſſo anno 1393. inito Ædilibus jus, ad hoc Altare Sacerdotem nominandi. Nec caruerat antea ſuis Beneficium fautoribus, quin potius quidam Conjuges Moguntini, ceu infra notabimus, ultimis tabulis anno 1391. datis, quindecim modios farris & unum cicerum („ 15. Malter Korns und 1. Malter Erbs zu *Wallaw* „) in ditione Haſſo-Darmſtadiano-Eppenſteinianâ annue dandos pro una *Miſſa quotidiana* doti priſtinæ addiderant; ſed omnia evanuere.

Ineunte quod vivimus Sæculo JOANNES ERBENIUS Aulæ & Regiminis Electoralis Consiliarius & Capellam è ruinis restituit & præter Sacrum quot mensibus habendum, in Festo S. MICHAELIS una cum Missa solemni, duo alia privata, factis redditibus ad id necessariis, Anno Sæculari MDCC. instituit, sequens tum ex conceptu communicata fiebat Romam

" *Informatio de statu tam antiquo, quam moderno Capellæ S. MICHAELIS, & quæ à Sanctitate suâ Pontificiâ petenda.*

" In Civitate Moguntina iuxta *Parochialem Ecclesiam S. CHRISTO-*
" *PHORI*, sita est *super Ossorio* Capella antiquitùs in honorem *S. MI-*
" *CHAELIS* Archangeli consecrata, cui non tantum de nulla dote seu
" fundatione, quantum constat, est provisum, verum etiam cunctis re-
" ditibus, quos ante Religionis perversionem in terris Acatholicis habuit
" per temporum & bellorum iniuriam omnino est destituta: unde con-
" tigit, quod à plurimis annis in dicta Capella, nedum in ipso *S. MI-*
" *CHAELIS* Festo sit celebratum divinum Officium, adeoque pene ex-
" tincta memoria ibidem: usque dum in anno MDCC. Parochianorum
" aliquis, pietate ductus, dictam Capellam aliquatenus restaurare & pro
" celebrandis sacris Missarum officiis de quibusdam necessariis Paramentis
" providere cœpit; insuper etiam pro habendo singulis annis *in Festo S.*
" *MICHAELIS* summo musicali & binis parvis Sacris duobus diebus se-
" quentibus: item per totum annum singulis mensibus intra primam
" septimanam uno quoque Sacro legendo, fundationem perpetuam fecit;
" unde sperandum si sua Pontificia Sanctitas eidem Capellæ certas & lar-
" giores Indulgentias similiter in perpetuum concedere clementer digna-
" bitur nempe omnibus Christi fidelibus utriusque sexûs tam Clericis

quam

„ quam Laicis, qui in dictis Festivitatibus & respective feriatis diebus,
„ vni vel alteri, præfatorum Officiorum cum debita pietate & intentione
„ interfuerint, preces suas exsolverint (&c. *pro stylo Curiæ*) maxime ve-
„ rò qui manus auxiliatrices pro augmento Gloriæ Dei & *S. MICHAE-*
„ *LIS* ad comparandos reditus necessarios vel in vita sua, vel per pia le-
„ gata aut oblationes porrexerint, quod sæpe dicta Capella & sacra Offi-
„ cia brevi tempore largius sit incrementum habitura.

„ ita supplicat Parochianus præfatus

„ Sign. 8. 9bris 1705.
„ & tradita P. Rectori Noviriat. S. J.
„ Moguæ GEORGIO *Haan* Romam proficiscenti & sollicitatam
„ expeditionem promittenti. Rediit P. *Haan* Moguntiam 12. Maji 1706.

Imago Crucifixi

E tholo suspensa & trabi transversæ cum imaginibus *Matris Dolorosæ* à dextris & *S. Joannis Evang.* à sinistris insistens, hacce versùs Altare majus Inscriptione notata est:

Renovata Crux ista & hic exaltata
Anno Jesu Christi:
MDCLXXXVII.

In latere altero navim Ecclesiæ respiciente leges in eadem trabe

Herr Jesu Christ mich allzeit tröst
Weil durch dein Creutz mich hast erlöst
Tröst dich dabey o frommer Christ
Wann du auff Erden übel bist.

Supra

Supra Crucem in fornice:

ParoChIanorVM
DeVoto zeLo eX pVLVere
renoVata resVrgo.

Jam anno 1330. talis Crux lampade ardente colebatur. V. infra.

Nota 1. Induſtria ſingularis FLORENTII *Diel* ad hanc Eccleſiam Parochi anno 1491. librum compilavit ſub titulo: *Præſentatio, Proclamatio, Juramentum Plebani. Liber conſuetudinum & Jurium Eccleſiæ.* Hunc librum, qui, dum hæc ſcribo, necdum detectus eſt, ſæculo priori quidam in diviſis ac ferme innumeris ſchediunculis exſcripſerat: has aliasque circa res Mogonas ſcriptitationum minutias immani labore ex pluribus faſciculis coordinanti mihi licuit ferme totam compilationem habere, nec niſi pauca videntur deeſſe: totum autem hùc tranſcribere & prolixum nimis & operoſum foret. Itaque tantummodo ea quæ alicuius momenti eſſe poterunt danda judicavi, utque ab aliis è ſcrinio Eccleſiæ communicatis diſtinguerentur, uncinis illa incluſi atque ad latus folia ipſius authentici ubi & uti ſignata ſunt, ita & adnotavi.

Nota 2. Antequam autem notabilia Eccleſiæ hujus inde & aliunde hauſta methodo chronologâ exponantur, placuit ea *primò* edere, queis annus certus non conſignatus eſt, & quibus etſi diverſo è tempore acceptis unus titulus præfigi potuit: E. g. *Indulgentiæ: Juramentum Plebani* & *Altariſtarum* &c.

Nota 3. His tamen omnibus præfigenda duximus, quæ lucubrationi primariæ FLORENTIUS in fronte adſcripſerat: nempe Ordinationem quandam Archi-Epiſcopalem circa Elementa Catechiſtica.

Sit itaque

Ordi-

Ordinatio Archi-Epiſcopalis
De Anno MCCCCXCIII.

Fol. a.

„ Hat unſer gnedigſter Herr von Meyntz Biſchoff BERTHOLD „ von *Henneberg* auch ſyn Nachkumen, eynem iglichen Priſter dem off „ Suntag und andre Fiertag in Parkirchen geburdt zu predigen, dis *Pater* „ *noſter*, *Ave Maria*, *Glauben und Zehen Gebott*, uber die Cancel von „ Wurt zu Wurt verkundiget, auch den Layen die ſie alſo horen myt „ Innikeit, und lernen, und alſo betten *Pater noſter* und *Ave Maria* uir- „ zig Tag Ablas geben anno Domini 1493.

„ *Vatter unſer der du biſt in den Himellen, gehelget werdt dyn Na-* „ *me, zu kumme din Rich, dyn Will gewerdt als in Hiemell und in Erde, un-* „ *ſer deglich Brodt, gib uns hude, und uergib uns unſer Schuld, als auch* „ *vvir uergehendt unſeren Schuldigern, und nyt leidt uns in Bekorung, ſunder* „ *los uns von Ubel Amen.*

„ *Ave Maria* mit kurtzem Gebet ALEXANDRI Papæ 6. ad quam „ Indulgentias dedit.

„ *Gegruſt ſiſtu Maria, uol Gnade, der Here mit dir, du biſt gebe-* „ *nedyet unter den Frawen, und gebenediet iſt die Frucht dines Libes Jhe-* „ *ſus Chriſtus.*

„ Antequam dicatur *Amen*, addita eſt oratio ALEXANDRI Papæ 6.

„ *O du Helge Jungfraw Maria, Mutter Gottes bidt Gott uor uns* „ *itzunde und in Stundt des Dodes. Amen.*

„ Der Helge Glaub der Helgen Apoſtollen.

„ *Ich gleub in Gott Vatter allmechtigen Schepper Hiemmels und der* „ *Erden, und in Jheſum Chriſtum ſynen eynigen Son unſern Hern, der ent-*



„ *phangen ist uon dem Helgen Geist, geboren us Maria der Jungfrawen;*
„ *gelitten under Pontio Pilato, gecrutziget, gesturben und begraben; Nidder*
„ *steig zu der Hollen, am dritten Tag wider offstundt uon den Todden, off-*
„ *steig zu den Hiemellen, sitzendt zu der reeten Handt Gottes des allmechtigen*
„ *Vattersch, der nachzukunfftig ist zu urtheil die lebendige vnd die todten.*
„ *Ich gleub in den Helgen Geist, die heilig Christlich Kirch, Gemeynschafft*
„ *der Helgen, Uergebbung der Synden, Offerstendnis des Fleysches, und daz*
„ *evvig Leben. Amen.*

„ Die zehen Gebodt.

„ *Du solt gleuben in eynen Got. Du solt Got nit unnutzlich uer-*
„ *schweren. Du solt die helgen Tag helgen. Du solt Uatter und Mutter*
„ *eren. Du solt nyt dot schlagen. Du solt nyt stelen. Du solt nyt un-*
„ *kusch syn. Du solt kein falsch Gezugnis geben. Du solt keyns andern Ge-*
„ *mahel begeren. Du solt auch keyns andern Gudt begeren.*

INDULGENTIÆ.

Fol. 8.

„ *Indulgentiarum Bulla prima data Anno* „ *Domini* 1292.

„ UNiuersis Christi fidelibus quibus ostensum fuit presens scriptum,
„ *Nos Fridericus Spirensis, Reymbodo Eysteddensis, Otto Padobor-*
„ *nensis, Guothardus Augustensis, Sifridus Hildenesheimensis Manegoldus*
„ *Herbipolensis,* salutem & sinceram in Domino charitatem.

„ Si populus Israeliticus, qui sub legis umbra vivebat, frequen-
„ ter adoraturus ad locum, quem eligebat sibi Dominus, ut ibi pone-
„ ret nomen suum, uota & donaria plurima offerebat; tanto fortius
„ debet populus christianus, cui apparuit benignitas & humanitas salua-
„ toris, Ecclesias in quibus Christus inuisibiliter & impassibiliter immo-
„ latur, congruis honoribus frequentare; ut terrenis pro cœlestibus felici
commer-

„ commercio commutatis, glorificetur Dominus Deus & populus eius „ delictorum suorum ueniam consequatur. Cupientes igitur, ut Ec- „ clesia Parochialis *beati CHRISTOPHORI Martyris ciuitatis Moguntinæ* congruis honoribus frequentetur, de omnipotentis Dei misericor- „ dia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius meritis & autho- „ ritate confisi, omnibus uere pœnitentibus & confessis, qui in diebus „ Natiuitatis Domini nostri Jesu Christi, Resurrectionis, Ascensionis, „ quatuor festiuitatum gloriose Virginis Marie Matris sue, duodecim „ Apostolorum, Catharine, Scholastice, Marie Magdalene, Margarethe, „ beati Martini, in Anniversario Dedicationis *ipsius Ecclesie S. CHRI-* „ *STOPHORI*, & per octavas omnium Festorum predictorum ipsam „ Ecclesiam, cum devotione accesserint, divine propitiationis gratiam „ petituri, seu alias *pro consummatione operis Ecclesie prenotate, quod abs-* „ *que subventione fidelium ad finem perduci non poterit*, quoquo modo su- „ as elargiti fuerint Eleemosynas, seu alias manus porrexerint adjutri- „ ces, singuli nostrum singulos *quadraginta dies, & unam Karenam*, „ dummodo consensus Diocesani accesserit, & iniuncta sibi penitentia „ misericorditer in Domino relaxamus. In cuius rei testimonium & evi- „ dentiam pleniorem, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum „ *Aschaffenburgi* in *Consilio Generali*. Anno Domini *Millesimo ducentesi-* „ *mo nonagesimo secundo*, quindecimo Calendas *Octobris*, Indictione quin- „ ta. Regnante Serenissimo Domino nostro *Adolpho* Rege Romanorum „ Illustri, Regni vero ipsius primo, Apostolica sede vacante.

„ *Indulgentiarum Bulla secunda data An-* „ *no Domini* 1300.

Fol. 8.

„ Universis sancte Matris Ecclesie Filiis ad quos presentes litere „ pervenerint. Nos miseratione diuina *Ranucius Calaritanus, Basilius*

„ *Hierosolymitanus* & *Adenulphus Censanus*, Archi-Episcopi: *Anthonius*
„ *Chenadiensis*, *Nicolaus Tortibulensis*, *Manfridus S. Marci* & *Jacobus Cal-*
„ *cedoniæ Episcopi*: *salutem in Domino sempiternam.*

„ Pia Mater Ecclesia de animarum salute sollicita, devotionem
„ fidelium per quedam munera spiritualia remissionis videlicet indulgen-
„ tias invitare consuevit, ac debiti famulatus honorem Deo & sacris æ-
„ dibus impendendum; ut quando crebrius & devotius illuc confluit
„ populus Christianus, mitius Salvatoris gratiam precibus implorando,
„ tanto celerius delictorum veniam & gloriam celestis regni consequi me-
„ reatur eternam. Cupientes igitur, ut *Ecclesia S. Christophori in civitate*
„ *Moguntinensi* congruis honoribus frequentatur, & frequentantes pro
„ temporali labore perpetue quietis munere gratulentur: omnibus ve-
„ re penitentibus & confessis, qui ad dictam Ecclesiam in singulis sub-
„ scriptis Festivitatibus videlicet † ipsius Ecclesie, & dedicatione eius-
„ dem, Nativitatis, Circumcisionis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascen-
„ sionis Domini & Pentecostes: Natiuitatis, Annuntiationis, Purifica-
„ tionis & Assumptionis beate Marie Virginis gloriose, commemoratio-
„ nis omnium Sanctorum, Beatorum Petri & Pauli, Joannis & Mat-
„ thei Apostolorum, Stephani & Laurentii Martyrum, Nicolai & Mar-
„ tini Confessorum: die Veneris sancto, Catharine & Margarethe Vir-
„ ginum, Marie Magdalene, nec non per ipsarum festivitatum octavas
„ causa devotionis, orationis, visitationis vel peregrinationis accesse-
„ rint, vel ibidem divinum officium, seu verbum Dei audiverint mente
„ pia, aut qui in bona corporis sui sanitate seu etiam in extremis labo-
„ rantes, suarum Ecclesie quidquam predicte legaverint facultatum, nec
„ non qui Sacerdoti ejusdem loci, cum Corpore Christi seu sacra Un-
„ ctione infirmos visitanti se devote associaverint, de omnipotentis Dei
„ misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, omnium-
„ que Sanctorum meritis & authoritate confisi singuli nostrûm singulas

qua-

„ quadraginta dierum indulgentias de iniunctis eis penitentiis misericor-
„ diter in Domino relaxamus, dummodo Diocesani voluntas ad id ac-
„ cesserit & consensus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presen-
„ tibus literis duximus apponenda. Datum *Rome* anno Domini *Mille-*
„ *simo trecentesimo.* Pontificatus D. BONIFACII Pape *octaui* anno sexto.

† *Patroni*, quod transcriptor omiserat.

„ *Indulgentiarum Bulla tertia pro Altari* „ *sanctorum JACOBI & LEONARDI.* *Anno* 1321.

Fol. 9. b.

„ Universis S. Matris Ecclesie Filiis, ad quos presentes litere perve-
„ nerint, Nos miseratione divina *Petrus Nazarenus*, *Matthæus Duracen-*
„ *sis*, *Saldeguinus Collacensis* Archi-Episcopi. *Guilbelmus* ad partes Tar-
„ tarûm, *Andreas Tertanensis*, *Guilbelmus S. Justini*, *Petrus civitatis*
„ *nove*, *Petrus Marmensis*, *Stephanus Lubatensis*, *Ægidius Adrinopolensis*,
„ *Henricus Cromensis* & *Zacharias Suaciensis* Episcopi: salutem in Domi-
„ no sempiternam.

„ Splendor paterne glorie, qui sua mundum ineffabili illuminat cha-
„ ritate, pia vota fidelium in sua clementissima Majestate sperantium
„ tunc precipuo favore benigne prosequitur, dum ipsorum Sanctorum
„ meritis & precibus adjuvatur. Cupientes igitur, ut *Altare sanctorum*
„ *JACOBI & LEONARDI in Ecclesia S. CHRISTOPHORI Magun-*
„ *tie*, congruis honoribus frequentetur, & â Christi fidelibus iugiter ve-
„ neretur, omnibus vere penitentibus & confessis, qui ad dictum Al-
„ tare in festis ipsius Sancti, in dedicatione Altaris, nec non in omni-
„ bus festivitatibus, Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, videlicet Cir-
„ cumcisionis, Epiphanie, Palmarum, Parasceves, Resurrectionis, As-

„ censionis, Pentecostes, Inventionis & Exaltationis sancte Crucis, ac in
„ omnibus Festivitatibus gloriose semper Virginis Marie, Michaelis Ar-
„ changeli, Joannis Baptiste, Beatorum Petri & Pauli ac aliorum omni-
„ um Apostolorum & Evangelistarum, Sanctorum Stephani, Laurentii,
„ Dionisii, Georgii, Mauritii & Sociorum eius, Theobaldi, Martyrum
„ decem millium, beatorum Martini, Nicolai, Benedicti, Anthonii,
„ Leonardi, Blasii, Conoberti, Gregorii, Bonifacii Confessorum.
„ Sanctarum: Marie Magdalene, Catharine, Margarethe, in die beate
„ Anne & Helisabeth, in die Omnium Sanctorum, & in commemo-
„ ratione omnium animarum, omnibus diebus Dominicis ac omnibus
„ diebus quadragesime, per Adventum Domini, per Octauas predicta-
„ rum Festivitatum Octavas habentium, causa Devotionis, Peregrina-
„ tionis vel orationis accesserint annuatim, aut qui in extremis laboran-
„ tes dicto Altari quicquam suarum Facultatum legauerint, aut *qui pro*
„ *anima impetrantis*, Patris & Matris ac omnium Parentum suorum,
„ nec non animabus omnium Fidelium defunctorum *Orationem Domini-*
„ *cam cum Salutatione Angelica* pia mente dixerint, aut qui ad fabricam,
„ luminaria, ornamenta & alia necessaria Sacerdotis & Altaris manus
„ suas porrexerint adiutrices, de omnipotentis Dei misericordia & Bea-
„ torum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, singuli no-
„ strum singulas dierum quadragenas, de iniunctis eis penitentiis mise-
„ ricorditer in Domino relaxamus, dummodo Diocesani voluntas ad id
„ accesserit & consensus. Datum *Avinione* apud Sedem Apostolicam
„ anno Domini *millesimo trecentesimo vigesimo primo:* Pontificatus Dni
„ JOANNIS Pape XXII. anno quinto.

Indul-

„ *Indulgentiarum Bulla quarta. Obliterata „ Anno* 1325.

Fol. 10. *b.*

„ Uniuerſis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis Frater *Ja-* „ *cobus* Dei Gratia *Methorienſis* Epiſcopus, & Frater *Stephanus* eadem „ Gratia Dei *Dextenſis* Epiſcopus, Salutem in Domino ſempiternam.

- - - - - - - - - - - - -

- - - - - - - - - - - - -

- - - - - - - - - - - - -

- - - - - - - - - - - - -

„ Ex parte dilecti Filii noſtri HERMANNI dicti *zum Appenheim,* „ nobis humiliter fuit ſupplicatum, ut *omnibus venientibus ad Parochiam* „ *S. CHRISTOPHORI in Moguntia* velimus Indulgentias exhiberi. „ Nos vero de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pau- „ li Apoſtolorum autoritate confiſi, omnibus vere penitentibus & confeſ- „ ſis, qui vel que predictam viſitaverint Parochiam in ipſius Feſtivitati- „ bus ſeu Solennitatibus beate Marie Virginis, Natiuitatis Domini, Cir- „ cumciſionis, Epiphanie, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Tri- „ nitatis, beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, aliorumque Apoſtolo- „ rum & Euangeliſtarum, S. Joannis Baptiſte, S. Martini, beati Lau- „ rentii, S. Catharine, S. Magdalene, S. Margarethe, S. Heliſabeth, in „ Feſto omnium Sanctorum, ac in Feſto Corporis Chriſti, & per eorum „ Octavas, manusque porrexerint adiutrices ad Fabricam, Luminaria, „ Paramenta Parochie ſupradicte, quadraginta dies de iniunctis eis pe- „ nitentiis miſericorditer in Domino relaxamus.

„ Ceterum cum maxima devotio à fideli populo habeatur, quando „ Corpus Chriſti ad infirmos defertur, Authoritate noſtra & cuiuslibet no- „ ſtrum *concedimus ſupradicte Parochie Sacerdoti,* ut cum eum contingat Corpus

„ Chriſti

„ Chriſti infirmis deferre, *Indulgentias poſſit dare viginti dierum*, dummodo ad predicta Dioceſanus preſtet aſſenſum. In cuius rei teſtimonium preſentes literas eidem fecimus Sigillorum Noſtrorum appenſione munitas. Datum Rome anno *milleſimo trecenteſimo vigeſimo quinto*, indictione octaua, menſis Aprilis die 3. Pontificatus D. *Johannis* Pape XXII. anno . . .

„ *Schedula Approbationis Bullæ huic impoſita.*

„ Nos MATTHIAS Dei Gratia Sancte Maguntine Sedis Archi-Epiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, omnes Indulgentias Venerabilium in Chriſto Patrum, Dominorum Archi-Epiſcoporum predictorum datas & conceſſas *ad Eccleſiam Parochialem S. CHRISTOPHORI Maguntie*, contentas in literis, quibus hec Noſtra cedula eſt affixa, ratas & gratas habentes, eas prout juſte ac prouide conceſſe ſunt, in nomine Dñi authoritate ordinaria tenore preſentium confirmamus, & omnibus vere penitentibus & confeſſis dicte Eccleſie Benefactoribus, de omnipotentis Dei miſericordia BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius, nec non beati Martini Patroni noſtri, & noſtra Authoritate confiſi, quadraginta dies de iniunctis ipſis penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus; previſo tamen quod hec noſtra Indulgentia ad queſtus publicos ſeu illicitos non trahatur. Datum Maguntie *octava Calendas Julii* anno Domini 1325.

Fol. 11.

Indulgentiarum Bulla quinta Ann. 1431.

„ *JOHANNES* Dei & Apoſtolice Gratia Epiſcopus *Chorinthienſis*, *FRANCISCUS* eadem Gratia Epiſcopus *Juſtinopolitanus*, & *JOHAN-*

„ *HANNES* Epiſcopus *Albicaſtrenſis.* Uniuerſis & ſingulis Chriſti fi-
„ delibus ad quos preſens Indulgentiarum pagina pervenerit, ſalutem in
„ Domino ſempiternam.

„ Cum ad pia & virtuoſa opera pie & merito ſit ſubveniendum,
„ ac etiam omnipotentis Dei magnificentia ſit quam plurimum in ſanctis
„ ſuis laudanda juxta Prophetiam dicentem: laudate Dominum in ſan-
„ ctis eius, glorioſus Deus in ſanctis ſuis, & gloria hæc eſt omnibus
„ Sanctis eius; hinc eſt quod devota *Eccleſia S. CHRISTOPHORI Mo-*
„ *guntina* incliti & glorioſi martyris, multis, ut ſignanter accepimus,
„ ſuis edificiis & diuinorum correquiſitis & pertinentiarum & iurium,
„ annexorum locorum eiusdem videatur ſubiacere defectibus, per que
„ diuinorum officia & alia varia, quod abſit, pericula poſſit incur-
„ rere.

„ Nos autem Archiepiſcopus & Epiſcopi prefati volentes huius-
„ modi negotio ſalubriter ſubuenire quantum in nobis eſt. Omnibus
„ igitur ad dictam Eccleſiam in Chriſto fidelibus & pertinentiarum eius-
„ dem manus adiutrices & Eleemoſynam impertire uolentibus, dirigen-
„ tibus aut porrecturis, promouentibus, de omnipotentis Dei miſeri-
„ cordia, quadraginta dierum Indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis
„ miſericorditer in Domino confiſi relaxamus cum una duntaxat Kar-
„ rentena. Inſuper de uberiore dono & gratia, *Altaria* dicte Eccleſie
„ dedicata & annexa, ut ſunt *S. Crucis*, *Beate Marie Virginis glorioſe*,
„ *S. Thome Apoſtoli*, *S. Valentini Martyris*, *S. Nicolài Confeſſoris &*
„ *S. Catharine Virginis.* Volumus eisdem indulgentiis, ſuis feſtiuitati-
„ bus & dedicationis decorare. In cuius rei teſtimonium preſentes no-
„ ſtras literas fecimus noſtrorum pontificalium ſigillorum impreſſione
„ communiri. Datum & actum *Rome* anno incarnationis Dominice
„ *Milleſimo quadringenteſimo triceſimo primo*, pontificatus Sanctiſſimi in

„ Christo Patris & Domini nostri, Domini EUGENII diuina proui-
„ dentia Pape *quarti*, anno eius *primo*, *die tertia decima Decembris*.

Formula Præsentationis Plebani.

Reverendissimo, Perillustri ac Generoso Domino Dno NN. *pleno tit.* Eminentissimi ac Celsissimi Principis ac Domini Dni. NN. S. Sedis Moguntinæ Archi-Episcopi, sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarii & Principis Electoris Dni nostri Clementissimi *in Spiritualibus Vicario Generali*, Dno nostro perquam Gratioso, nec non *Archi-Episcopali Consistorio Moguntino*, Ædiles & Jurati Parochialis Ecclesiæ S. CHRISTOPHORI in civitate Moguntina, cum humili & debita obsequiorum oblatione. Notum facimus: quod vacante nuper Parochiali Ecclesiâ præfatâ (per obitum, vel per liberam in & ad manus nostras factam resignationem) Reverendi & Perdocti N N. ultimi ac novissimi eiusdem Parochiæ Rectoris, Nos, ad quos Jus Patronâtûs, Nominatio & Præsentatio ad sæpedictam Parochiam quando & quomodocunque illam vacare contigerit, pleno jure spectare & pertinere dignoscitur, prout etiam spectat & pertinet, Reverendum itidem et Perdoctum N N. ad eiusdem nobis porrectas preces, in futurum Ecclesiæ nostræ Parochum ac Rectorem elegerimus & nominaverimus, atque ideo Reverendissimo Consistorio præsentandum duximus, prout hisce eundem nominamus & præsentamus: Reverendissimam Vestram Gratiam humiliter requirentes, quatenus prænominato Domino N N. sic à nobis legitime nominato & præsentato, potestatem & jurisdictionem, quoad curam animarum, nec non administrationem Ss. Sacramentorum, aliaque officia Parochialia exercendi, prout juris & styli gratiosè committere, ac insuper illum sibi commendatissimum habere dignetur. Datæ Moguntiæ sub sigilli Ecclesiæ nostræ consueti impressione Die.. Anno...

Jura-

Juramentum & Reversales Plebani.

Prorsus dubio caret: eum qui noviter huic Ecclesiæ præficiebatur, præter publicam fidei Romano-Catholicæ Professionem, singulari Sacramento quondam se parochiali suæ devovere debuisse; id quippe satis evincit titulus Libri parochialis, cuius in *Not.* 1. supra meminimus. Formulam tamen veterem exhibere vetamur, eoquod in sejunctis schediasmatibus hactenus ea, uti ipsemet originarius liber, non comparuerint; adnectimus autem ex autographo, eas, queis SEBASTIANUS BLOECHINGER & decem eundem usque ad MELCHIOREM KURHUMMEL insequentes Parochi, fidem manu sua propria addixerunt

Reversales

Seu Antapochas & Obligationis reciprocæ Litteras.

ICh NN. vrkunde und bekenne hiemit. Demnach Herren Baumeistere und Juraten S. CHRISTOPHORI *Pfarr kirchen allhie zu Maintz*, als denen die Collatur der Pfarr in ietzgemelter Kirchen, so offt dieselbe erlediget wird, pleno jure gebührt, mir alsolche, durch des Ehrwurdigen vndt Wohlgelehrten herren NN. letzt gewesenen Pfarrers, ihnen Herrn Baumeistern vnd Juraten beschehene, auch von denselben acceptirte Resignation. (*vel* erfolgten tödlichen Hintritt) erledigte Pfarr-Bedienung grosgünstig conferiret, vnd derhalben ahn das Hochwürdige Ertzbischöffliche Vicariat hieselbst zu Erlangung benörigter *Investitur* gewöhnliche Præsentation vnder heut Dato zu Endt gemelt mitgetheilet: das ich nit allein dafür mich hiemit in aller Gebühr zum höchsten bedancke, sondern auch hingegen hiernach folgende Puncten *mit gegebener Handtrew vnd bey meinen Pristerlichen Ehren* zugesaget vnd versprochen habe, vnd thue das in Krafft dieses.

Erstlich soll vnd will ich sie die Herren Baumeistere vnd Juraten auch deren nachkommen, ie und allweg für meine alleinige vnd rechtmesige ordentliche Collatorn vnd Patronos der Pfarr S. CHRISTOPHORI erkennen, halten vnd ehren, auch deren Erinnerungen, mein Ambt vnd Pfarrbedienung belangend schuldige Folg leisten.

Zum Zweyten soll vnd will ich solcher Pfarr, so lang ich dabey begriffen, zum trewlichsten vnd fleisigsten vorsein, mich eines erbaren vnd aufferbawlichen Priesterlichen Wandels befleisen, der Pfarr schaden warnen vnd verhüten, derselben Recht und gerechtsam mit vnd nebens ihnen Herren Bawmeistern vnd Juraten helffen handhaben vnd verthædigen, auch da ich schon hiernechst mit einer Vicaria oder Canonicat in einer anderen Kirch providirt werden solte, dannoch bey der Pfarr das geringste nit versaumen oder underlassen.

Drittens soll vnd will ich auch alle sonn-vnd Feyrtäg desgleichen zu hohen Festen, wofern ich sonst durch Schwachheit, oder andere ohnvermeidliche Hindernussen nicht abgehalten werde, sowohl denen Hohen Mess-aemptern, vnd denselben vorgehenden Vmbgang des *Asperges* beywohnen, vnd da mich die Ordnung betrifft, solche selber verrichten. Als auch meine Predigten ahn obgemelten Tägen zu gewœhnlicher Morgens-Stundt, nach dem Hohen Ambt, welches ohnfeelbar *zu sieben Uhren* * Sommer vnd Winters Zeit anzufangen, Christlicher Catholischer Lehr gemees, vnd wohlgestudiret halten, das gewœhnliche Kirchengebett, sambt der gemeinen Beicht nach derselben, dem Christlichen Volck vnd Pfarrkinderen verstændlich vor-vnd ablesen, vnd iedesmahls die einfallende Fast-vnd Festtæge verkünden. * hodie: *hora octava* divina habentur

Desgleichen zum Vierdten: soll vnd will ich vff Sonn-Fest-vnd Feyertæg die Vesper helffen halten, ** auch sonst die gantze Wochen durch dem *Abend-Salve*, des Winters vmb 4. Vhren, vnd des Sommers vmb fünff Vhren beywohnen

nen*** vnd die collect als einem Pfarrer gebührt singen. [† wie nicht weniger alle Donnerstag vor vnd bey der bishero üblichen und gestiffteten also genanten Engel-Mess *de Venerabili Sacramunto*, das Hochwürdige mit der bey Catholischer Kirchen gewœhnlichen Incensation auff dem Hohen Altar andæchtig exponiren, und dabey die gebrauchliche Versus: *Tantum ergo* & *Genitori* vor und nach dem Ambt der H. Mess, wan die Ordnung an mir, mit gezimender Reverenz singen, und das es von denen Altaristen geschehe, fleissig verfügen.]

** Intellige de Festis solennioribus, non enim in quavis Dominica vel die Festâ Vesperæ in Parochialibus Urbanis decantantur. *** amodo *hora tertia* indies *Salve* decantatur seu de hyeme seu de æstate. †. Uncinis inclusa alia manu sunt addita posteriore. , quod in subsequentibus notandum.

Fünfftens soll vnd will ich meine ordentliche vnd stete Wohnung in dem Pfarrhoff haben vnd halten, uber Nacht niehmahlen daraus schlaffen, nichst darin verwüsten lassen, auch jæhrlich, wie von Alters herkommen, mit der Herrn Baumeistern vnd Juraten Vorwissen fünff Gulden darin nutzlich verbawen, sonsten aber zu meinem Vortheil oder Lusten nichst machen lassen, vnd da solches geschehen würde, mir deshalben keine Erstattung solle gebühren. Da auch durch mich oder die meinige darin etwas deterioriret werden solte, ein solches verspreche ich vff meinen alleinigen Kosten repariren zu lassen. [und wan ich auch obgemelde 5. fl. jedes Jahr nicht beweislich und mit nutzen werde Verbauen, dieselbe mir an meinen Pfarr-Einkünfften abziehen zu lassen.] desgleichen die mir, vermög absonderlicher, durch mich vnderschriebene Specification gelieferte Hauss-Mobilien [vnd was etwa mir weiters der Nothdurfft nach aus gutem Willen deren HHn Juraten gestellt werden mögte, in gutem Esse erhalten, solche da ich uber kurtz oder lang von der Pfarr abgehe] bey meinem Abzug ohn mangelbahr, oder

andere ahn deren ſtatt hinwider zu liefferen, oder mir, ſo viel deren Werth betrifft, abziehen zu laſſen.

Zum Sechſten ſoll vnd will ich mir die Seelſorg der Pfarr-Kinder, zu deren geſundten vnd krancken Tagen, bey Tag vnd Nacht, ſo wohl in Adminiſtratione dern H. Sacramenten, vnd in meinen heiligen Meſſ-Opffern, als ſonſt dergeſtalt angelegen vnd befohlen ſein laſſen, wie es deren ewiges Heyl vnd Wohlfahrt erfordert, vnd ich derwegen dem Allerhöchſten darüber getrawen werde Rechenſchafft zu geben: Allermaſſen nit weniger, vnd ſonderlich ich die bey der Pfarr haltende Kinderſchul wochentlich ein-oder zweymahl ſoll vnd will viſitiren, vff des Schulmeiſters vnd Glöckners Ambt fleiſige Vffiicht haben, die verſpührende Mængel denen Herrn Baumeiſtern vnd Juraten trewlich ahnzeigen, die Jugend in Chriſtlichen Glaubens-Sachen informiren, auch fürnemblich beobachten, das dieſelbe fleiſiger, als biſhero geſchehen, denen Sonn-Feſt-vnd Feyrtæglichen, auch anderen Gottes dienſten, mit gebührender Andacht vndt Ehrerbietſamkeit beywohnen [und in allem ubrigen ein zeitlicher Schulmeiſter ſein Ambt dieſſals ohnklagbahr verrichten thue, deſſen verſpührende Mængel aber ihme gütlich unterſage, vnd wan ſolche nicht gebeſſert werden wolten, denen Herrn Bawmeiſtern und Juraten anzeigen werde.]

Wie dan *Zum Siebenden* ich daran ſein ſoll vnd will, das, ſo viel an mir, die Herren Altariſten dieſer Pfarr-Kirchen, zu rechter Zeit bey dem Dienſt Gottes ſich einfinden, vor Endigung deſſelben ſich nicht davon begeben, ihre gebuhrende Ferias, Anniverſaria in beſtimbter Zeit ſelber halten, auch ſonſt ihre ſchuldigkeiten in einen vnd anderen, vor-undt bey denen Göttlichen aembtern ohne Clag verrichten: allermaſſen dan alle Defectus, denen Herrn Baumeiſtern vnd Juraten ich wenigers nicht ſchuldig ſein ſoll vnd will trewlich offenbahren gehö-

[gehörigen Orthen umb deren Remedirung halben anzuſuchen.] Sonſten aber alle Uneinigkeiten vnd Zanckereyen mit denen Altariſten, vnd menniglichen. , vvie auch ohnnötiges Geſchvvetz vnd Gebehrden in der Kirchen vnd Sacriſtey, als in dem Angeſicht Gottes zu vermeiden, auch nach Vermögen zu verhinderen.

Was ich *Zum Achten* befinden vverde, das zu Vermehrung der Ehr vnd Dienſt Gottes, in dieſer mir ahnvertrawten Pfarr-Kirchen Kan gereichen, oder von Alters gebräuchlich gevveſen, daſſelb ſoll und will ich nach meinem Vermögen befürderen, vnd vvieder einführen helffen [ſonderlich aber, damit der Dienſt Gottes nicht obenhin, ſondern in gebuhrlicher Andacht und Reverentz, auch ohne Abkürtzung an Collectten, Epiſtolen Præfation vnd ander von Chriſt-Catholiſcher Kirchen wohl ahngeordneten Gebetten bey der H. Meſſ oder ſonſten verrichtet werden.

Neundtens: Soll vnd will ich nimmer ohn Vorbewuſt vnd Erlaubnus deren Herrn Juraten, oder doch wenigſt beeder zeitlicher Herrn Baumeiſtern, auſer der Statt, uber acht Tag lang verreiſen, oder doch, da es eine ſonderbahre Noth erforderte: wie auch, wan ich mit Schvvachheit überfallen vverden ſolte, mit Genehmhaltung dern. ſelben, immittelſt eine andere taugliche approbirte Perſon zu Verrichtung meines Ambts im Predigen, Verſehung dern Krancken, vnd Adminiſtrirung anderen heiligen Sacramenten, vnd derſelben, ohne der Kirchen eintzigen Beytrag, alſdan vergnüglichen Willen machen undt geben.

Zum Zehenden: Soll vnd vvill ich auch mit der mir vor dieſer beſchehener Collation gnugſamb offenbahrten vnd ſpecificirter Pfarr-Beſoldung, eingehenden Juribus Stolæ, vnd Præſentz-Geſællen, mich contentiren, vndt darüber von dem Baw der Pfarr-Kirchen, oder denen

nen Herrn Juraten, auſer vvas dieſelbe mir in andere vveeg, doch ohne Obligation vverden helffen vvollen und können, vveiter nichſt prætendiren [auch darum die Pfarr nicht quittiren].

Da auch *Zum Elfften* ich hiernechſt dieſe Pfarr vvieder vffgeben vvolte * [ſo jedoch andrer Geſtalt nicht als mit Conſens deren Herrn Juraten zu thun mich hiermit obligire] ſo ſoll vnd vvill ich dieſelbe niemandt anders, der ſey vver er vvolle, als ihnen Herrn Baumeiſtern vnd Juraten derſelben Pfarr-Kirch, vnd deren Nachkommen, als denen rechten, alleinigen vnd ordentlichen Patronis undt Collatorn, vnd zwar ein gantz Viertel Jahrs vor S. Martini Epiſcopi in Schrifften reſigniren [und mein Jahr auſdienen.] Vnd da ich davvieder thæte, ſo vvohl meines etvva noch ruckſtændigen Salarii, vnd vvas deſſen mehr ſein mögte, ipſo facto verluſtig als auch ſchuldig ſein, allen, ihnen den Herrn Baumeiſtern vnd Juraten daraus entſtehenden Coſten vnd Schaden zu refundiren, auch die Sach in priſtinum ſtatum ihres vvohlhergebrachten Juris Patronatus völliglich zu reſtituiren,

Wie dann auch *Zum Zwölfften* ſie Herrn Baumeiſtere vnd Juraten, da dieſelb meiner Dinſten nit lenger gebrauchen vvolten, mir ſolcher ebenmæſig ein Viertel Jahr vor obigem Termin anzuzeigen, vndt mein deſervirtes Salarium, da keine erhebliche urſachen obhanden, abſtatten zu laſſen mir zugeſagt vnd verſprochen haben.

Deſſen allen zu Urkundt, hab ich dieſen meinen Reuers eigenhændlich vnd vvohlbedæchtlich unterſchrieben, vndt mit meinem Petſchafft betruckt. So geben Maintz den ....

* In litteris *Sebaſtiani Blöchinger de* 1678. ad Num. 11. parentheſis erat talis („ ſo jedoch innerhalb drey Jahren à dato nicht ſoll geſchehen)„

Nota Miraberis nil occurrere de doctrina Catechetica Dominicis diebus tradendâ, officio paſtorali abſque dubio præcipuo ? ſed

ſed ſcias velim per quaſcunque Parochias Urbis Moguntinæ id ſalutaris muneris à Theologis Societatis Jeſu junioribus præſtari, veluti in circuitu, per pagos Moguntiæ ad uſque horas duas vicinos, Alumni tyrocinii eiusdem Societatis illo doctrinæ paſtoralis labore quot Dominicis defunguntur.

„ Fol. 7. *b*.

Corpus Plebaniæ S. CHRISTOPHORI.

„ Habet Plebania *Eccleſiæ S. CHRISTOPHORI* in Moguntia pro „ corpore ſuo, agros in *Flersheim* pene quinque jugera, locatos pro an- „ nua penſione *duorum maldrorum* ſiliginis ſoluenda, inter duo glorioſæ „ Virginis Mariæ, *Aſſumptionis* ſcilicet & *Nativitatis* eius. Tanta penſio „ ſic ſoluta eſt Domino *Henrico Guntheri* infra memorato. Similiter „ *Florentio Diel* Plebano Succeſſori ipſius ſingulis annis & frequen- „ tius Feſto *Nativitatis Mariæ* aut infra octavam illius, præſentatione in „ domum ſuam parochialem factâ, aut quandoque coniunctim Feſto *na-* „ *talis Domini.*

„ Habet etiam Plebania *tres florenos in albis*, ex inſtitutione *Rein-* „ *hardi Anſelmi* Cellerarii Domini Maguntini *Ditheri de Iſen-* „ *berg* bis Præſulis, qui Cellerarius *ad ſtruendam arcem primum lapidem* „ *fundamenti locavit*, condonando Magiſtris fabricæ eiusdem arcis unum „ aureum. Hi tres floreni cedunt ex *Weiſſenau* Feſto Palmarum, licet „ tardius quandoque ſoluantur, ſcilicet in autumno *ad Miſſam defuncto-* „ *rum legendam*, ſingulis *ſecundis feriis* in Summo Altari cum unica Col- „ lecta generali ſcilicet: *Fidelium Deus* niſi Feſta Sanctorum occurrant, „ aut exequiæ defunctorum, quibus Collecta pro uiuis & defunctis impo- „ ni non congruat. Et ſemper finita miſſa legitur in Choro Pſalmus *De*

P „ *pro-*

„ *profundis* cum Collecta generali *Fidelium Deus &c.* per eum qui hanc
„ Missam celebravit, sive Plebanus sit, sive aliquis ab eo ad hoc ordinatus.
Fol. 13.

Altaristarum Juramentum.

„ Notato jam supra juramento Plebani fol. 8. * notetur nunc iu-
„ ramentum Altaristarum, priusquam quis ipsorum accipiat possessio-
„ nem, quod iurare habet Ecclesiæ & ejus Plebano aut vicem gerenti *sex*
„ *punctorum*

* Perditum ivit cum aliis.

„ *Primo.* Ego NN. iuro quod sim fidelis Ecclesiæ *S. Christophori*
„ ac Plebano singularibusque personis eiusdem, nec non obediens Plebano
„ in licitis & honestis.

„ *Secundo* quod observare velim consuetudines & ordinationes lau-
„ dabiles introductas absque contradictione. „

Quod hodie præstatur juramentum ampliori phrasi idem dicit, nempe: *quod conservem consuetudines & ordinationes, quas Plebanus & Altaristæ præfatæ Ecclesiæ hactenus invicem laudabiliter observarunt & tenuerunt, & pro nunc servant atque tenent, fideliter observare cum ipsis & tenere sine contradictione, sed earundem potiùs esse auctor fidelis & cooperator.*

„ *Tertiò* quod Præsentias huius Ecclesiæ fideliter promovere velim
„ verbis atque factis ubicunque potero absque fraude.

„ *Quarto* quod secreta quæ Plebanus & Altaristæ tractauerint, nulli alteri pandam in præjudicium eorundem.

„ *Quinto* quod fideliter respiciam & exigam omnia jura, & bona
„ Altaris mei, nec quidquam alienabo, neque uendam de iisdem absque
„ licentia meorum Superiorum, ad quos pertinent hæc concedenda.

„ *Sexto* quod satisfaciam dicto Altari meo in omnibus oneribus il-
„ li incumbentibus, Plebano assistendo, secundum ipsius institutionem, aut
„ ut

„ ut alias teneor de iure satisfacere in eodem. ✠ *sic me Deus adiuvet &*
„ *sancta Dei Evangelia.*

In hodierno additur: *In principio erat verbum & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* quod in libro FLORENTII, quia ex usu notum, fors intermissum fuit. *Adverte* in citato libro immediate huic juramento tres §§ sequentes prout signanter Exscriptor notavit, addebantur:

„ Item dabo pro rato meo partem meam pensionis mutuatæ ab Uni-
„ uersitate donec redempta fuerit.

„ Et legam feriam die assignato Altari meo --- aut cum dispensatio-
„ ne Plebani alio die, aut eius --- quando non personaliter residet.

„ Item cum stipendio *S. Thomæ* in quindena feria cum cognitione Ple-
„ bani aut Ca.... præscripto Altari *S. Nicolai,* & dabo ...... ad Fabricam
„ & *sex Albos* Campanatori.

„ Postquam autem Altaristarum aliquis sic ingressus fuerit possessionem
„ sui Altaris, det *tres florenos auri in auro ad cistam præsentiarum* pro statutis
„ & *Magistro Fabricæ octo Alb.* ad *Fabricam* Ecclesiæ, & *Campanatori sex Alb.*
„ pro iure suo. Det insuper refectionem prandii vel cœnæ Plebano & Al-
„ taristis Chorum uisitantibus in Ecclesia nostra & Campanatori nostro.
„ Priusquam legat tres Missas in Altari suo antequam admittatur ad præsen-
„ tias commerendas, sicut est laudabilis consuetudo introducta.

„ Non autem grauandus aut requirendus est Plebanus ab aliquo Alta-
„ ristarum de huiusmodi alicuius Altaristarum refectione iam dicta in domo
„ sua, quasi Altaristarum famulus aut seruus præparari faciat.

„ *Nota Plebanus* pro tempore in futurum dabit pro statutis sicut Al-
„ taristæ 3. florenos in auro *...... Magistris Fabricæ *quartale vini,* &
„ Campanatori pro beneplacito suo, non obstante superius scripto.

* „ Aliquid mutilum in margine „ Transcriptor.

Præter juramentum superiùs relatum hodie quilibet horum Sacerdotum Præsentiariorum sua propria manu sequentes contradit *Rever-*

Reverſales Altariſtarum.

ICh NN. bekenne mit dieſer meiner eigenen Hand, vveilen der Altar S. N. in *St. CHRISTOPHORI Pfarr-Kirch* durch Abſterben Herrn NN. vacirend vvorden, ſolcher Altar aber durch Herrn Pfarrer Baumeiſter und ſambtlichen Kirchen-Juraten als rechtmæſsigen Collatoren mir grosgünſtig überlaſſen vvorden, als verobligire mich ſelbigen Altar mit ſich habenden oneribus allermaſſen vvie meine Vorfahren zu bedienen, als nemlich meine verordnete N. Tags Meſs zu leſen, auff Son- und Feſt-Täg dem Herrn Pfarrer aſſiſtentiam in Choro zu leiſten, und anderen Gottesdienſt nach Gebühr zu verrichten ohne Entſchuldigung; vvill auch deſſelben Altars Gefälle, Einkommen, Zinſsen und alles vvas darzu gehört, in Bau und Beſſerung erhalten, und nichts veræuſseren, ſondern auff meine Koſten verbeſſeren. Auch ſoll und vvill ich ſelbigen Altar nicht reſigniren, begeben oder vervvechslen, ohne gemelder Herrn Pfarrer und Juraten Conſens, ſondern vvan es Sach vvære, das ich gemeldes Beneficium künfftiger Zeit meiner Gelegenheit nach reſigniren vvolte, daſſelbig vviderum libere ad manus Collatorum ante nominatorum zuzuſtellen. In Urkund dieſes hab ich mich mit eigener Hand unterſchrieben, und mit gevvöhnlichem meinem Pettſchafft unterdruckt ſo geſchehen Mayntz . . . . .

Altariſtæ in præſens ſunt.

JOANNES HENRICUS *Juncker*, Vicarius Eccleſiæ Metropolitanæ, Poſſeſſor *primi Beneficii Altaris S. CATHARINÆ.*

PHILIPPUS ANTONIUS *Craſs*, Poſſeſſor *ſecundi Beneficii eiusdem Altaris.*

JOAN-

JOANNES BAPTISTA *Bauer*, Possessor *tertii Beneficii eiusdem Altaris.*

FRANCISCUS JOSEPHUS *Ranche*, Possessor Altaris *S. Nicolai.*

Fol. 14.

„ *Ecclesiæ Consuetudines pro præsentiis* „ *deserviendis.*

„ Nullus Altaristarum sit Præsentiarum particeps, nisi legitime in-
„ ductus in possessionem tres prius Missas in Altari suo celebrauerit,
„ *Missamque Sabatbinam* de beata Virgine, ordine & uice sua celebret,
„ aut per se aut per alium Altaristam.

„ In quo ordine Primus est Plebanus, secundus Capellanus eius,
„ deinde Altaristæ secundum ordinem sui senii in susceptione sui Altaris,
„ nisi quandoque occurrat celebre Festum, in quo Plebanus habeat aut
„ uelit sua sponte præter dictum ordinem hanc Missam celebrare in
„ *summo Altari*, tunc quidem si quem Altaristarum tangeret ordo; ea
„ uice Plebano cedat, & post octauam diem celebret.

„ In Vigiliis Defunctorum adsint deseruientes præsentias à princi-
„ pio usque ad finem, nisi casu aut ex causa rationabili quis ueniret *sub*
„ *tertio Responsorio.*

„ *In Vesperis* similiter adsint *ante finem primi Psalmi*, & perma-
„ neant usque in finem.

„ *In Missa* adsint à principio, permansuri usque in finem, nisi
„ ex causa rationabili excusetur *ueniens sub Epistola*, permansurus usque
„ ad Benedictionem.

„ Dum Chorus cantauerit, tenetur concinere quisque eorum Do-
„ minicis in quadragesima, & in cæteris Dominicis, dum præsentiæ

 sunt

„ ſunt deſeruiendæ, & per hebdomadam. Adſit quisque in proces-
„ ſione aſperſionis, ſic permanſurus usque ad finem officii.

Circa offertoria in feſto S. Patroni S. CHRISTOPHORI & Dedicationis.

Fol. 12. *a.*

„ *Cautela.*

„ Truncus autem ſpecialis, qui his duobus feſtis, Patroni ſcilicet & Dedicationis Eccleſiæ, *pro Fabrica* conſuevit apponi, relictus eſt in manibus Plebani, qui diſponit & ordinat aliquem honeſtum aſſiſtentem in vigilia poſt prandium usque ſero, & die feſto tota die, cui more ſolito dat edere & bibere: pro quo ex eodem trunco ſibi recipit 12. *Den.* & eidem pro ſolario 18. Pf., Campanatori quoque *unum Album.* Remanentis vero oblationis ex eodem trunco ſpeciali utroque feſto, *dimidium ſibi ſeruat* in ſubſidium; reliquum vero dimidium præſentat ad fabricam Eccleſiæ noſtræ.

Fol. 12. *b.*

„ *Cautelæ curatoris hujus Eccleſiæ.*

„ Cave: dum die feſto officium de feſto cantaveris, pariterque exequias habueris pro defunctis, ac ſacra veſte lugubri † ſeu luctuoſa induaris; ſed potius veſte reſpondente eidem diei feſto, ne à populo & à doctis irridearis, ſicut contigit 151A, dum Uuiverſitas haberet exequias pro ſuis defunctis: etiam de Corpore Chriſti cantabatur officium in hebdomade Corporis Chriſti. Et finito quoque officio orabis pro defunctis Pſalmos: *Miſerere* & *De Profundis.* Ne publicam honeſtatem & deuotionem pro Defunctis conſuetam finito officio Miſſæ omittas.

† De

† De vestibus in Sacrificio Missæ non atri coloris adhibendis intelligas velim, quamvis & hic animadvertere oportunum erit: non tantum in Metropolitana, ceu Clarissimus D. Professor *Dürr* Dissertat: *de S. Martini Monasterio* §. XXVII. advertit, sed & in reliquis 'tam collegiatis & Parochialibus Clerum tempore luctûs, Adventûs & Quadragesimæ lineas vestes, quæ superpellicea hodie vocantur, deposuisse, & inter sacra officia *nigris lugubribusque palliis ac Cappis* usos fuisse. Fidem faciunt ipse hujus S. CHRISTOPHORI *liber consuetudinum* qui *Fol.* 33. ad festum *Annuntiationis Mariæ* inter alia hæc habet: „ *Superliciis* etiam inceditur „ in hoc festo à primis Vesperis usque ad secundas inclu- „ siue, *non obstante quadragesima*, quia rememoramur ibi „ cum deuotione & graciarum actione nobis possibili, no- „ stræ salutis exordium. „ Idem dicit Calendarium MS. *ex Præsentiarum Libro sub lit. C.* Collegiatæ S. JOANNIS descriptum, ubi pag. 17. ad v. *Februar.* leges: „ *Agathæ* „ V. in hoc festo præsentes habent 2. mald. silig. *de Esenheim*, *& ibunt superpelliciati.* „ & in mense *Decembri* pag. 120. ad VI Decemb. hanc notam addit: „ Festa San- „ ctorum, in quibus *per Adventum portantur superpellicea*, „ referuntur in versiculo, saltem in Ecclesia *S. Joannis* „ Moguntin.

„ *Non portant Cappas Andr. Bar. Conceptio. Niclais.*

Excerpta varia circa ritus Ecclesiasticos.

Nota Nimis prolixum foret omnia transcribere, quæ stylo fusiore in iam laudato MS. *Consuetudinum S. CHRISTOPHORI* libro

bro notata sunt, quædam ergo referre placuit antiquitatis sacræ amatoribus haud displicitura.

Fol. 15. *a.*

„ *Dominicis* à die Natiuitatatis Domini *usque ad Festum Epiphaniæ* „ ad processionem aspersionis canitur *Verbum caro.* Non autem exeundo „ ecclesiam, usque ad *Festum Purificationis* à die Natalis Domini, ad „ commemorandum puerperium Dei Matris gloriosæ, quo manserat in „ diuersorio Betlehem.

Fol. 15. *b.*

„ *Die Cinerum*

„ Mane hora septima, facta prima compulsatione & benedictis „ cineribus tunc suscipiendis, fiat compulsatio. Factaque compulsatione „ cantatur flexis genibus Responsorium *Exaudi nos*: cum suo versu & „ repetitione absque *Gloria.* Deinde *Litania Sanctorum*, priusquam ali„ quis in Ecclesia ad prædicandum præcedat, cum qua Litania circum„ itur processionaliter, præmissa *Cruce contecta*, more solito tribus „ diebus hebdomadarum quadragesimalium, scilicet, *secunda*, *quarta &* „ *sexta*, eodemque circuitu completo, & finita Litania, canitur in Cho„ ro flexis genibus Antiph: *Media vita*: cum Uersiculo *Domine non se*„ *cundum peccata* &c. cum Collectis consuetis. Quibus in die cinerum „ sic finitis, dantur cineres accedentibus ordine suo & genua flectenti„ bus *ad truncum*, ibi ad latus dextrum pro genuflexione facienda po„ situm prope Altare summum. &c.

Fol. 18. *a.*

„ *Dominica Oculi.*

„ Annuntiandum populo, quod Dominica futura *Lætare*, *S. Mar*„ *tini* Episcopi huius totius Diœcesis Patroni Statio celebranda sit, cu„ ius *Fraternitatis †* sanctissimæ nemo communicantium expers sit, laudabili

„ dabili consuetudine introducta ex institutione D. BERTHOLDI *de*
„ *Henneberg*, sed eorum quisque soluat suam laudabilem oblationem so-
„ litam. &c &c. † confer *de Guden*. Cod. Dipl. IV. p. 516.

Fol. 18. *b*.

Dominica Lætare.

„ Ponatur pelvis Ecclesiæ auricalcea ad cornu Altaris beatæ Vir-
„ ginis pro colligendo offertorio Fraternitatis *S. Martini* &c &c. Post
„ hodiernum officii finem congruit numerari oblationem huius Frater-
„ nitatis non sine testimonio fide digno: aut Magistri aut Magistrorum
„ Fabricæ, aut Campanatoris. Sic & aliis sequentibus diebus collectio-
„ nis illius, ut sic fideliter collectum fideliter præsentetur tempore pas-
„ chali ad manus Magistri Fabricæ Summæ Ecclesiæ Moguntinæ; re-
„ seruato tamen ex eo iure Plebani *duorum alborum* & Campanatoris *u-*
„ *nius albi*, qui ad colligendum cooperantur diebus istis *Dominica Læ-*
„ *tare* usque ad Festa paschalia.

Fol. 67. & seq.

„ *Dominica Judica*.

Post multa: „ Non ergo prohibiti, communicare uolentes, ha-
„ bent eligere sibi diem congruum, unum *ex quatuordecim à die Pal-*
„ *marum* inclusiue initiando, usque ad *octauam Paschæ* exclusiue, iuxta
„ Extrauagantem quæ incipit: *Eugenius Papa quartus* &c &c &c &c.

„ Dum ergo *ante officium Missæ* accesserint præmissi aliqui infir-
„ miores, aut impregnatæ, aut ex alia causa rationabili permissi, tunc
„ *cæteri non præsumant accedere qui ualidi sunt, sed exspectare, sicut te-*
„ *nentur, usque ad finem Missæ* „ *adde* : debent.

„ Nemo autem prohibitus aut suspensus accedat, *neque aliquis ex-*
„ *traneus*, qui non sit huius Ecclesiæ Parochianus, nisi ex speciali li-

„ centia debita aut priuilegio legitimo accedere præſumat ; *ne ſit talis* „ *cognitus abigatur: ſicut abigendus eſt cum ſua confuſione:* &c &c.

„ Quia autem quiſquis cupit Dei mandato conformari dicentis „ fidelium ſuorum cuique : *non apparebis in conſpectu meo vacuus.* Exod. „ 23. Rogo & ammoneo, ut talia offerenda ad Altare, prius offerant „ accedere uolentes, non uſque ad acceſſum hunc differant, quo nulli- „ us exterioribus occupati, ſola interiori meditatione, deuotione & a- „ more eius quem in Euchariſtia miraculoſe abſconditum eſſe credunt „ &c &c &c.

„ Nam & præterea Maiores noſtri omnibus exterioribus ſic ſe „ exonerandos deſignabant : Viri non ſolum deponentes capitis coo- „ perimentum, ſed etiam cingulos ſuos in tutum locum. Mulieres „ uero *pallia ſua* ſuper ſcapulas ſuas demittentes, genua flectebant, quo „ liberius & deuotius ſuſcipere poſſent hunc panem ſuperſubſtantialem „ atque cæleſtem.

„ *Mappa* ergo illa mundiſſima, quæ ibi *extenſa tenetur a duobus* : „ non ad pecuniam immittendam tenetur, ſed ad cautelam, ad cauen- „ dum ſcilicet, ne ex alicuius tuſſi, aut quocunque alio aduerſo caſu „ ſacra Euchariſtia de manu Sacerdotis laberetur in terram. &c.

„ Prætera *ſeniores in domibus ſuis habent docere ſuos iuniores*, quo- „ modo & *qualiter ſe præparare debeant* ad hunc acceſſum ſalutarem „ Primo ut *die prævio confiteantur & ieiunent*, hora quoque *ueſpertina* „ *refectione modicâ ſumptâ* ſuæ ætati & complexioni congrua ; antequam „ ſe dormitum ponant : *prius os lauent & dentes* : Nam ſi mane ſic ſe „ lavarent, & caſualiter guttam aquæ inſumerent, eadem die impediti „ eſſent accedere. &c &c &c &c.

„ Accedentes accedant cum deuota modeſtia & *ordine congruo* : „ Doctis laici cedant, eos præmittentes, quos Deus decorauit doctrina „ litterarum : qui etiam ordinem ſuum inter ſe nouerunt. *Seorſim uiri*, „ *ſeorſim mulieres*, &c.

„ Pa-

„ Pater aut famulus aut amicus cautior *manu ducat filium, qui iam* „ *prima uice accessurus est*, aut alias adhuc timidum, ut eo modo se bene „ habeat & gerat, quemadmodum *instructus est prius in domo sua;* sic & „ mater, aut famula magis prouida ducat filiam pusillanimem *prius in do-* „ *mo suo institutam* ad hunc salutarem accessum faciendum.

„ Pusilli & fragiles post huiusmodi Sacramenti Communionem di- „ cta gratiarum actione & oratione sua præstitutâ, ne syncopim incurrant „ post moram aliquantulum domum uadant, & modica sumpta offella „ pro refectione, reuertantur *mansuri in Ecclesia usque ad finem officii*, nisi „ consilio Confessoris aut Parentum aliter fieret &c &c &c.

„ Laudabiles sunt etiam mulieres & puellæ in hoc accessu salutari, „ dum ad honorem Dei *pepla sua tunc removeant* ab ore, ne cum sacra- „ tissima Eucharistia tangerentur panni non benedicti casualiter. Opor- „ teret namque peciam huiusmodi contactam sic excidi, ex quo non esset „ pannus benedictus ad talem contactum. *Ideo forpex idonea & necessa-* „ *ria ad huiusmodi excisionem apposita sit in Altari.*

Fol. 25. *b.*

„ *Die Cœna Domini.*

„ Hodie prouisus sit Sacerdos Ecclesiæ ex die hesterno reseruatis „ particulis pro communicandis fragilibus *ante Missam*, sed non nisi ual- „ de necessariis: nam pro cæteris *post officium communicandis*, consecrabit „ particulas in officio hodierno - - - ne cæterorum multi, non sic ne- „ cessarii ex sua fragilitate, se nunc fragilibus adiungant, accedendo an- „ te Missam, posteaque uagentur absque deuotione, *nullus ante Missam* „ *communicetur*; sed Missa eo manius incipiatur ut hora 6. - - - quod „ sic eo manius finiatur officium, ut deinde usque ad horam comedendi „ *uisitent Ecclesias cum deuotione.* &c &c &c.

Fol. 26. *a.*

„ Qui craſtina *die Paraſceves communicare* voluerint homines tantum
„ ualidi (fragilibus enim non eſt conſultum *propter heſternum eorum jeju-*
„ *nium*, propter *uigiliam huius noctis*, ad audiendam paſſionem Domini,
„ & *propter arctius jejunium* eius diei Parasceues) compareant hodie; eo-
„ rum quisque coram ſuo Confeſſore *poſt* 2. *horam*, non differant confi-
„ teri ad craſtinum, dum alia multa reſpicienda ſint & agenda.

Item Fol. 25. *b.*

„ Communicato populo proceditur *ad Altarium* denudatorum *lo-*
„ *tionem*, cum Ant. & Collectis ſuorum Patronorum, quæ apud alios
„ in Eccleſiis Collegiatis aut Monaſteriorum cum canticis de paſſione Do-
„ mini fieri conſueuerunt lotiones. Huiusmodi namque *Altarium lotio*,
„ quæ fit *ex mixtura maioris partis uini & minoris partis aquæ*, ſignificat
„ Corporis Chriſti conſperſionem ſuo pretioſo ſanguine, finalemque de
„ aperto ſuo latere ſalutarem miraculoſum effluxum ſanguinis & aquæ
„ *Jobis* 14. *v.* 19. *Ramus ſauinæ*, ſeu *ſcopa noua*, qua fricantur Altaria,
„ ſignificat nobis flagella & ictus graviſſimos, coronamque ſpineam, quam
„ pro nobis tulit. &c &c &c.

Fol. 27. *a.*

„ *Die Paraſceues.*

„ Officio finito *communicentur*, ſi ſint communicandi, & tunc fiat
„ *Sepultura Domini proceſſionaliter*. &c.

Fol. 29. *a.*

„ Si ex certis Studentibus aliqui ſe exhibeant ad *legendum Pſalteri-*
„ *um in laudem Dei circa ſepulchrum*, *in Capella S. Thomæ*, ſicut quando-
„ que uidi fieri, & ualde acceptum eſſe uicinis, contribuentibus eis ci-
„ bum & potum; uideat Plebanus, aut cum eo Magiſtri Fabricæ, quod
„ non niſi modeſti & faceti admittantur, qui populi uiſitantis Eccleſiam
„ deuotionem non impediant, non deſtruant ſua inopportunitate, aut

„ non

„ non facti uinolenti & ebriosi, locum sacrum desœdent, nimium re„ pleti uomitum facientes, aut aliam immodestiam uino æstuantes com„ mittant, vel admittant, nec Altare in eadem Capella, mensam Do„ mini, sibi mensam faciant, palles Altaris commaculando dehonestent, „ aut uinum desuper fundendo, aut ollas ponendo, aliaue impertinen„ tia committendo uel admittendo. Melius namque foret non ibi legi „ Psalterium, quam talem dehonestationem sustinere &c &c.

Fol. 29. *b.*

„ *In Vigilia Paschæ.*

„ Mane ab hora 5. aderunt Confessores usque ad septimam. Au„ ditis confessionibus - - - ad benedicendum ignem procedatur *à Sacerdo„ tibus in superliciis*, & ab aliis in sua ueste &c. secundum ordinem & „ formam descriptam in rubea agenda Ecclesiæ, nisi quod non *septenam „ Lytaniæ*, ut in summa Ecclesia obseruatur, nos obseruamus, sed *bi„ nam*, &c.

Fol. 30. *a.*

„ Finitaque Missa *communicantur*, si qui tunc communicandi ob„ ueniant, ut anno 1511. 10. aut 11. obueniebant ex populo Ecclesiæ „ huius, sed anno 1513. plus quam 20. In tribus horis hodie om„ nia consummantur.

Fol. 29. *b.*

„ *Solemni die Paschæ in nocte.*

„ Tacente choro accedit Sacerdos bajulans crucem ad januam clau„ sam trina uice pulsandam cum eadem Cruce, cantando Antiphonam „ dedicationis templi scilicet: *tollite portas principes uestras, & eleuamini „ portæ æternales*, & in tertia statione sola aperitur janua, facto eius „ pulsu ultimo, qua sic aperta ingreditur ordine suo dicto, ipsa pro„ cessio iubilando & cantando plena uoce *advenisti desiderabilis*, & facta

„ compulſatione cum campanis, *nunc prima uice* huius diei feſti, cruceque depoſita & appodiata ad ſummum Altare more ſolito & caute ut non cadat, Sacerdos uadit ad pulbetum chori medio ſtatutum ad incipiendas matutinas.

Fol. 31. *b.*

„ *Paſcha publicanda.*

„ Quamvis *quarta feria* Pentecoſtes non ſit de mandato celebris in foro Diœceſis Moguntinæ, *feſto tamen Paſchali celebranda præcipitur.*

Fol. 32. *b.*

„ *Dominica Quaſimodogeniti.*

„ In inuocatione auxilii diuini ante *Aue Maria in Sermone*, canitur ter *Chriſt iſt erſtanden* in populo præſente, ſimiliter etiam finito ſermone iterum canitur ter his Dominicis usque ad Aſcenſionem Domini, & huiusmodi *Canticum incipit prædicans* & continuat populus Dei.

Fol. 34. *b.*

Refertur ad *Dominicam Miſericordia* ſuſe *ieiunium bannitum*, quod ex hoc loco notauit SERARIUS Rer. Mog. L. I. C. 33. ad Concil. *Seligenſtad.*

Fol. 35. *a.*

„ *Dominica Vocem jucunditatis.*

„ Publicentur *dies Rogationum* tres futuri, deuote agendi cum *abſtinentia carnium & ieiunio* &c &c.

Fol. 35. *b.*

„ *Feria ſecunda* Proceſſio vadit *ad S. Albanum*, ad *S. Victorem* † deinde ad S. Crucem

† Eccleſias tum adhuc foras urbem ſitas.

„ *Feria tertia* Ad *Bretzenheim* & *Dalem*

„ *Quarta Feria* Ad S. *Theoneſtum.* „

Fol.

Fol. 41. *b.*

„ *Corporis Christi Die Festo venerabili.*

„ Sacerdos Ecclesiæ mane hora 6. solutis horis suis Canonicis in„ duitur vestibus sacris præter casulam, ordineturque puerorum & *pu„ ellarum* processio *præmittenda*, ut ad summæ Ecclesiæ pulsum præ„ memoratum Sacerdos induatur *casula*, & circumposita *humeris* suis „ *mappa serica consueta* usque ad contactum manuum protensa, super„ positoque *capiti serto*, accipit cum magna veneratione Monstrantiam „ Sacramenti, quam in manibus tenens stabit ante Altare summum, „ conuersusque ad populum tacet, donec Chorus cantauerit uersum „ *Aue Corpus Sanctissimum*, quo uersu finito, Sacerdos cantat semel „ Antiph. *Ego sum lux mundi.* Deinde Chorus Antiph. *Media uita*, „ & sic de cæteris consequenter signatis in libellis processionalibus. Qui„ bus sic finitis præcedunt procedendo *Studentes & Magistri*, cantant „ Antiph: *Saluator mundi.* Deinde Responsorium: *Homo quidam fecit „ cænam magnam.* Tuncque accedunt duo Viri honesti præordinati col„ laterales Sacerdoti. Sicque exeunte processione fit Campanarum com„ pulsatio, donec uenerimus obuiam cum sacro Eucharistiæ Sacramen„ to Ecclesiæ *S. Quintini* in acie domus *zum Demerstein*, ubi *utrinque „ venerandis Sacramentis* genuflectendo & spargendo rosarum folia, aliis „ sistentibus nos transimus procedendo uiam nostram. In eadem pro„ cessione mulieres uadunt seorsum, sequentes *Crucem*, quæ eis ante„ fertur. &c &c.

„ Ad *prandium* huius diei festi super memoratum fol. 41. * dede„ rat fabrica *duo quartalia uini* & ad coquinam 10. & 8.
„ *Alb.* Antecessori meo Domino *Henrico Guntheri* de *Höchst.*
„ Vicini quoque Parochiani cum eo prandentes eodem die

Festo,

„ Festo, eius quod supra huiusmodi donum fabricæ expen-
„ sum fuerat, facta calculatione soluebant symbola sua.

„ Anno autem 1492. Ego primo anno mei Plebanatus, dum men-
„ sura uini emeretur precio 2. Alb. percepi pro 5. mensuris
„ uini ex Fabrica 10. *Alb.* ad coquinam nonnisi 5. *Alb.* dedit
„ Magister Fabricæ dictus *Clesgen Loer*, cum *Clos Flerscbe-*
„ *mer*, nec curaui ad grauamen Fabricæ amplius postulare,
„ nec ab aliquo præsentium symbolum accipere uel postu-
„ lare, consueuit autem præsentiarius addere duas mensu-
„ ras uini pro duobus ministrantibus ad Altare Plebano.
„ Ad huiusmodi autem prandium mecum comparere con-
„ sueuerunt, duo magistri fabricæ pro tempore & duo mi-
„ nistrantes, quandoque etiam collateralium unus, qui in
„ processione ad latus Plebani rogatus aderat, & quando-
„ que etiam præsentiarius Ecclesiæ.

* Hæc prandii memoria in Schediasmate necdum comparuit: occurret tamen simile quid infra ad festum Purificat. B. M. V.

Fol. eod.

„ *Dominica infra Octavas Corp. Xti*

„ Mane hora *quinta* aut *sexta*, Paulo post quintam, pulsatur
„ ad Missam Parochialem &c &c breuis sermo fit ad populum, nudo
„ uidelicet Euangelio textualia & Sanctorum per hebdomadem futura
„ publicatione. - - Transitur enim ad processionem Fratrum Prædicato-
„ rum, *absque tamen nostra Processione* itur ad illam ex diuina dispen-
„ satione & dispositione.

„ Nam anno *millesimo quingentesimo octauoque*, dum nostris Pa-
„ rochianis ducentibus ad eos processionem *contumelia* fie-

ret

„ ret à Fratribus Prædicatorum, *uerbo & uerbere*, *offaque* „ *solita dari negaretur*; ſtatuebant noſtri non amplius ſe & „ poſteros ſuos redituros proceſſionaliter ad hunc eorum „ diem feſtum. Et hoc ſtatutum deſtitutionis illius, „ diuina diſpoſitione conſtitutum diligenter cuſtodiendum „ eſt: ſic etenim *Sanctorum imagines* Eccleſiæ noſtræ, magno „ pretio comparatæ facilius illæſæ permanent: cauetur cra- „ pula & eſus ante tempus conceſſum ad edendum: ma- „ ior fiat ueuerabili Sacramento reuerentia, maior maneat „ deuotio ad Chriſtum Saluatorem ieiuno ſtomacho, quam „ repleto & uino æſtuante.

Ad Feſta.

Fol. 15. *b.*

„ *Feſtum Purificationis.*

„ Eſt autem Feſtum hoc unum *ex ſex Feſtis Offertoriorum* ſecun- „ dum conſuetudinem Moguntinam, in quo laudabilis conſuetudo quo- „ rumdam eſt *accedere cum incenſo cereo* in alterâ manuum ad Altare ua- „ dens ad offerendum &c. Si hoc Feſto Plebanus habeat duos Mini- „ ſtrantes ad Altare, Præſentiarius dabit cuique eorum unam menſuram „ uini altioris pretii illius temporis. Si uero Plebanus eosdem Miniſtran- „ tes duos inuitauerit *ad prandium*, ipſe easdem duas menſuras habebit „ in ſubſidium: ſic & *ſimiliter fiat Feſtis S. Valentini*, *Paſchæ*, „ *Pentecoſtes*, *Corporis Chriſti*, *Patrocinii*, *Dedica-* „ *tionis*, *Aſſumptionis*, *Catharinæ & Natalis Domini*.

Fol. 19.

„ *Feſto Annuntiationis Angelicæ.*

„ Poſſunt hodie deuotæ Perſonæ communiri ſanctiſſimæ Eucharis-

„ tiæ Communione &c. notetur: quod quicunque ſic communicatur, „ *cautius ex calice absque Zutula, quam per Zutulam ſumat vinum inſumptionis:* nam anno 1518. die Paſchæ ſacratiſſimo, ex quorundam incautorum per *Zutulam* bibentium ex *calice uini*, aliquid ſacratiſſimæ Euchariſtiæ immiſſum calici inueniebatur, quod forte ſine *Zutula* non ſic intromiſſum fuiſſet.

Fol. 45. *a.*

Feſto „ Iuonis Confeſſoris ſanctiſſimi Advocati pauperum.

„ Feſtum ſolemniſant Domini venerandi *de Facultate juridica* die „ decima nona Maji, aut alio die conſulto & conuenienti. Quem Plebano Eccleſiæ præſtituunt, dantes ei *tredecim Alb.* ut cum Miniſtrantibus & Organiſta ſolenniter Miſſam celebret, aut celebrari faciat: & „ *Campanatori unum Album*, ut exornet Chorum, & ſubſidium ſeu aſſiſtentiam faciat huic Feſto. Aliquoties etiam ordinant aliquem, qui finito Miſſæ officio faciat *Orationem latinam* in laudem Dei & *S. Iuonis*, „ & ad Jurisperitiæ exaltationem laudabilem; & eandem *ſtando ante Summum Altare*, conuerſus facie ad Chorum, habensque ante ſe pulpitum „ facere conſueuit ipſe, qui deputatus prius fuit ad faciendam illam. Et „ in eadem Miſſa, ut Doctor *Conradus Weittman* eiusdem Facultatis Decanus anno 1520. aſſeruit ſe legiſſe in Statutis Facultatis juridicæ, debet fieri deprecatio pro Doctore *Iuone* huius Feſti inſtitutore, „ *Sigilliſero Reuerendiſſimi Maguntini Domini* Jacobi de Lebenſtein, „ & reliquorum dictæ Facultatis Fautorum & Benefactorum uiuentium „ & defunctorum. „ Hodie ipſa die Feſta Sacrum muſicum & altero mane funebre aſſiſtente Pedello Uniuerſitatis cum baculo adhuc aguntur.

Fol. 55. *a.*

„ *Catherina V. & M.*

„ *Vbi Facultas Artium adeſt in primis Veſperis, & in Miſſa,* ad

„ ad quam pulsatur hora 7, nisi fuerit sexta feria, tunc ad Missam pulsa-
„ tur mane 8. hora, & *sub Missa fit sermo.* Decanus Facultatis Artisticæ
„ dat Plebano, Ministris & Campanatori 13. Albos diuidendos.

Varia alia Notabilia.

Anno MCCCXXX. Litteræ *tertii Banni*, seu adjudicatoriæ & ultimatæ Judicum, confirmant Capellæ *S. MICHAELIS* & ipsi Parochiali Ecclesiæ varios census pecuniarios & olei, tenore sequenti:

Nos *SALMANNUS Camerarius*, *EMERCHO Scultetus*, *NICOLAUS*, *VOLGMARUS*, *SCHERPLINUS & WILLEKiiNUS Judices sæculares Mogunt.* Presentibus litteris profitemur constare volentes uniuersis, quod cum anno Domini MCCCXXX. *Feria quarta* proxima post *Quasimodogeniti*, in Curia Reverendi Patris & Dñi Domini Archi-Episcopi Maguntini in loco consueto & solito Judicio Reipublice, que *Ingeboden ding* vulgariter dicitur, solempniter presideremus, *HEILMANNUS zum Rynwaden* & Magistri Fabrice Parochie *sancti CHRISTOPHORI Magunt.* nomine Capellæ *Sti MICHAELIS* & Parochie antedicte, super reditibus infra scriptis. Primo uidelicet super *triginta duo talenta olei* super Curia dicta *Zum Berner.* Item super *quinque talenta olei* cum *dimidiâ* super *Rufa* domo juxta Curiam *Zum Berner* predictam. Item super *tria talenta olei præter unum quartale* super domo dicti HORRE Pellificis retro predictam *Rufam domum* sitâ, que nunc Heredibus quondam *JACOBI Zum Sunnenberg* noscitur attinere. Item super *tria talenta olei minus uno quartali* super domo sita in vico *Hwelsgassen* juxta domum dicti STORR predictam. Eosdem reditus omnes & singulos in Festo beati MARTINI Episcopi annuatim persoluendos. Item super *uno talento olei septimanatim* dando de domo oleatii dicte *Zur Widen*

ſita ex oppoſito porte Camerarii. Item ſuper reditus *dimidie marce denariorum Colonienſium* per BEATRISSAM ad *Lampadem* Altaris ſanċte MARIE in Parochia S. CHRISTOPHORI predićti legatis ſuper *officio Scrotarii*, quod HERBORDUS *de Breckinheim* habuit. Item ſuper *uno talento olei ſingulis ſeptimanis* dando de domo prope Curiam *Zur alden Montze* ex una parte, & ex altera parte *an dem Swebogen* quod CONRADUS dićtus *David* Macellarius ad *Lampadem ſanćte Crucis in alto* legauit. Item ſuper *uno talento olei in omni ſeptimana* dando, quod CUNCELINUS dićtus *Wanſcilre* legauit ad *Lampadem* ante *Altare* ſanćte MARIE pendentem ſuper domo juxta domum *Grunenberg* ex altera parte *bey der Kelin* ſita. Item ſuper redditibus *quatuor ſolidorum Colonienſium* ad *Lampadem* ante *Altare* ſanćte CATHARINE legatis ſuper domo, quam dićtus *Dorekouf* inhabitat ſita in Curia JOHANNIS olim Campanatoris apud *S. Paulum*, dandis in Feſto beati MARTINI. Item ſuper reditibus *duorum ſolidorum Hallenſium* ſuper domo juxta *Salicem* ex oppoſito domus *Riſinberg* ſita verſus portam Camerarii, que NICOLAO dićto *Gulcher* attinet, in dićto beati Martini Feſto ſoluendis. Item ſuper *uno talento olei ſingulis ſeptimanis* dando de domo inter inferiora macella ex oppoſito domus JACOBI Olearii ſita, quod JACOBUS *zum Mane pro emenda occiſionis HEINRICI dićti Fleſſen* contulit & legauit. Item ſuper reditibus unius *fertonis denariorum Colonienſium* ſuper macello quod CONRADUS Filius FRIDERICI dićti *Zorne* inhabitat ſoluendis annuatim pro media parte in Feſto Natiuitatis Domini, & pro reliqua media parte in Feſto Nativitatis beati *Joannis Baptiſte*. Item ſuper redditibus *dimidie marce* denariorum Colonienſium ſuper orto dićti *Buſch* prope Capellam beate MARGARETHE, quam HEILMANNUS *Zum Rynwaden* predićtus & THINA uxor ſua legarunt ad *Lampadem in cemiterio* ſanćti CHRISTOPHO-

PHO-

PHORI ardentem ſoluendis annuatim in die beati *Gingolphi.* Item ſuper reditibus *unius libre Hallenſium* per GETZAM diuitem legatis ad *lampadem* ante *Altare* ſancte CRUCIS pendentem, ſuper domo ex oppoſito domus WALDECKE prope domum dictam *Zum Ebirſteine* ſita ſoluendis annuatim in Feſto beati *Michaelis* Archangeli. Item ſuper reditibus *dimidie marce denariorum Colonienſium* emptis per JACOBUM dictum *Kalp*, HILDEBURGAM uxorem ſuam & GREDAM dictam *Zur Buden* erga *Hammemannum* ortulanum Filium *Lozonis* extra portam S. Petri, ſuper uno duali prati *abu dem Bangraben* ſito juxta *Willekinum* dictum *Roder* & ſuper uno duali quod dicitur das *Schibelchte Stücke* de quo nullus cenſus antea eſt ſoluendus, iuxta uiam *Rapoldesweeg* ſoluendis in Feſto Natiuitatis beati *Joannis Baptiſte*, aut infra menſem continuo ſubſequentem, alioquin eadem duo dualia ad prefatos Magiſtros Fabrice & eorum Succeſſores protinus deuoluentur, quorum redituum unus ſolidus Colonienſis cedet Magiſtris Fabrice, Plebano uero triginta Colonienſium, & Sociis ibidem tantum, ſub hac forma, quod Plebanus predictus predictorum conjugum tertia die ante Feſtum beati *Jacobi* Apoſtoli, & ipſius GREDÆ tertia die ante Feſtum beati *Michaelis* Archangeli Anniverſaria peragere tenebitur, cum duabus candelis & duobus luminibus que *Ebelangen* dicuntur; quod ſi non fecerit, ex tunc Magiſtri operis portionem, ipſum Plebanum in dicta pecunia contingentem, recipient, ac Anniuerſaria huius peragent ut eſt dictum. Me VOLGMARO Judice ſupradicto premiſſa publicante poſt *primum & ſecundum bannos* ſuos coram nobis rite primitus acquiſitos, *Tertium bannum* ſuum ſuper predictis reditibus de una celebratione Reipublice ad aliam ſine medio & quolibet interuallo abſque impedimento & contradictione cuiuslibet hominis rite & rationabiliter conquiſiuerunt, & ſuper eiſdem reditibus à nobis confirmati extiterunt

 per

per ſententias iudiciarias prout Maguntie conſuetudinis eſt & juris. Actum preſentibus & atteſtantibus Aduocatis, Budellis ac aliis quam pluribus fide dignis Ciuibus Maguntinis. In quorum omnium teſtimonium, nos SALMANNUS *Camerarius*, EMERCHO *Scultetus* & *Judices* ſupradicti preſentes literas Sigillis noſtris tradimus communitas. Anno & die ſupra notatis.

L.S. L.S. L.S. L.S. L.S. L.S.

Anno MCCCLXI. liberalitate JOANNIS *Stois* Cantoris ad S. VICTOREM, Altare S. CATHARINÆ augetur annuis *quinque medimnis* Siliginis ſuper & de *jugeribus ſexaginta duobus* agrorum tabulis ſequentibus, ex Originali depromtis:

In nomine Domini Amen.

Tenore huius publici inſtrumenti omnibus pateat evidenter, quod ſub anno Natiuitatis Domini *Milleſimo trecenteſimo ſexageſimo primo*, indictione XIIII, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri INNOCENTII Pape *ſexti* anno nono, die *viceſima ſecunda* menſis *Maii* hora diei circa horam ſextam in villa *Flersheim* Maguntine Diocesis, in loco ubi ſcultetus & ſcabini ſolent iudicio preſidere, in mei Notarii publici & teſtium ſubſcriptorum preſentia perſonaliter conſtitutus honorabilis vir Dominus GEBEHARDUS de *Flersheim*, Vicarius Eccleſie Maguntinenſis coram dicto *Verloren koſt* precone ibidem tenente pro tunc vices ſculteti abſentis, nec non RUPELINO, GOTZONE Fratre ſuo, GERUNGO, JACOBO *Amer* & JOHANNE Filio WINTHERI ſcabinis tradidit & donauit nomine Domini JOHANNIS dicti *Stoiz* Cantoris Eccleſie S. VICTORIS extra muros Maguntinos *ad Altare S. KATERINE*, in Parochia Sti CHRISTOPHORI Maguntinenſi, in Perſona CONRADI Filii WILDERICI *zu den Speden* per predictum

ctum Dominum Cantorem pro tunc presentati *quinque Maldra Siliginis* perpetue pensionis super sexaginta duobus jugeribus cum dimedio terre arabilis in terminis dicte ville *Flersheim* situatis & subscriptis; primo videlicet geyn *Ryßelsheim* II. Morgen neben den Dhum-Herren bie Hochheimer Felde. Item II. Morgen gein *Seylfort* an dem Wasen. It. I. zweyteil an der Syt der Bach ane eyes an der Weyde. It. I. zweyteil off deme Mentzer Wege bie der presencien Gute zu dem Dume. It. I. Morgen hie der siten der Bach bie den von *Erbach*, vnd ist ein anewende It. I. Morgen gein *Rüßelsheim* ane zwene Morgen an dem Wasen neben der presencien. Item off deme Rode I. zweiteil off dem Tumerslage bie den Herren zum Dume. It. II. Morgen bie der Myrgelgruben bie den von Erbach geider Molen. It. II. Morgen Heerwerter uff die Wingarten gein der Molen. It. II. Morgen an der Syt des Sees gein Gobeln Wyngarten. It. I. zweytil ob den Güntzels Graben geforche neben den von Erbach. It. I. zweytil neben dem Günzels-See off den Mentzer Weg. It. I. zweyteil neben den von *Erbach* in den Kromelingen. It. I. Morgen in dem Kromelingen bie Herrn WILHELM und ist ein anwender. It. I. zweyteil in dem See neben in dem Rodepat neben den Frawen zu St. CLAREN. It. I. zweyteil zu Erhschen den Hern zum Dume und *Clase zu der Tuben*. It. iiiij. Virtel bie der Bodele hube. It. off dem Felde vor dem Berge 1. Morgen, den dazu hat off das Dorff neben *Gotzen* und *Hennen Emer*. It. I. Morgen an dem Mittelpade neben der Presencien. Item II. Morgen off die hohen anewande neben der Presencien. It. II. Morgen ober den Alder Wicker Weg off den Mittelpat neben der Presencien. It. I. zweyteil zu Lauffenstein bie den Frauen zu *St. Claren*. It.

zyvey

zvveyteil ober dem *Clopheymer* Pat neben den Herren zum Düme. It. II. Morgen innerewendig des alten Wickers Wege zvvifchen den Prefencien. It. iiij. Morgen ane I. Virtel off der Tum-Herren Wingarten. It. V. Morgen in den langen nuszen bie den Frauen zu *St. Claren.* It. I. zvveyteil in den kurtzen nüszen ziechet off die iij. Morgen in den langen nuszen. It. ij. ziehet off VI. Morgen die da liegent vor der Helden in zvvey Stucken. It. iij. Morgen ane j. Virtel vor der Helden an der Forche gein *Flersheim* neben der Prefencien. It. off dem Felde gein *Wilbach* j. zvveyteil gein dem Forftvvege geforch den Frauen zu *St. Claren* undenzu. It. j. Morgen der da ziehet vff die Frauen zu *St. Claren.* XII. Morgen ober den Wilbecher Weeg. It. I. Morgen zu Katzenlucken bie *Otten* II. Morgen. It. iij. Morgen an deme *Heydesheimer* Pade gein dem Riede bie den Herrn zum Dume. It. II. Morgen gein dem Riede in dem Felde Geforch die prefencien. It. II. Morgen off der Helden off den Heldevveg neben der Prefencien. It. I. zvveyteil off Wickerfelde in dem langen gewende. It. I. zvveyteil an der fite Kuchenborn in dem kortzen gevvende. It. II. Morgen und I. Virtel gein dem Ride Geforch die Prefencien. It. I. zvveyteil vor der Helden zu hit ift off. It. off das Feld gein *Ruwenheim* gein die Fronvvifen an der Forch gein *Flersheim.* It. II. Morgen off dem *Heydesheimer* Pad Geforch den Herrn zum Dume. It. II. Morgen zu Kermelingen neben der Prefencien bie dem Ryde. Item II. Morgen off dem Aneweg ein anewender. Item I. zweyteil off dem Aneweg bie des Perrers iiij. Morgen. It. I. zweyteil zwifchen den Herren zum Dume off dem Aneweg. It. II. Morgen an der Frauen Hoffe zu *St. Clare.* It. III. Morgen forne an dem Eichau bie den von Erbach.

Quein-

Queinque iugera predicta idem Dominus GEBEHARDUS emit contra HENNEKINUM *Saffer* armigerum de *Glymental*, que quinque Maldra Siliginis HENRICUS *Stoiz* Filius Fratris eiusdem GEBEHARDI vel sui heredes ab eo descendentes pro tempore existentes soluent singulis annis infra duo Festa Assumpcionis & Natiuitatis beate Marie Virginis de prescriptis iugeribus terre arabilis & uno jugere pratorum in der Wickerbach, que prenominatus Dominus GEBEHARDUS ea conditione sibi donauit coram Precone & Scabinis in presentia mei Notarii & Testium subscriptorum, quod singulis annis presentabunt ad litus Reni Maguncie *an daz ysen Dorlein*, suis: periculo, vehiculo, laboribus & expensis infra duo Festa predicta quinque maldra siliginis mensure Maguntinensis, pro Beneficio ad Altare sancte CATERINE predictum *instituto per Dominum* JOHANNEM *Stoiz* Cantorem Ecclesie Sti Victoris predictum, & ALHEIDEM *Stozzin* Sororem suam, & decem maldra siliginis ad Presencias Ecclesie Maguntine anno & loco ut supra, suis similiter periculo, vehiculo, laboribus & expensis. Si vero antedictus *Stoiz* uel sui heredes ab eo descendentes negligentes uel remissi inuenti fuerint in Solutione huiusmodi pensionis, ut prescribitur, tunc lapsis dictis Festis pro pensione neglecta supradicta jugera, ùt idem *Stoiz* pro se & suis heredibus sponte elegit, † potuerint subleuari. Et si Capellanus dicti Altaris sic institutus huius subpignora subleuauit, hoc debet fieri sine preiudicio & periculo Presenciarum Ecclesie Maguntine; uel si ea Presencia subleuauerit, hoc debet eciam fieri sine periculo & preiudicio Altaris prefati. Acta sunt hec Anno, Indictione, Pontificatu, Mense, Die, Hora & Loco prescriptis, presentibus & astantibus honestis Viris Dominis BERTHOLDO *Plebano in Flersheim*, CONRADO de *Frideberg*

† ita Originale.

Vicario Ecclesie Maguntine, nec non JOHANNE de *Geysmaria* Clerico Maguntine Diocesis pro Testibus ad premissa vocatis & rogatis.

Et ego HENRICUS VOLRADI de *Geylenhusen*, Clericus Maguntine Diocesis publicus Imperiali Auctoritate Notarius, quia predictis donationi & traditioni aliis omnibus & singulis, dum prout supra narrantur, agerentur & fierent, presens interfui una cum Testibus predictis, eaque sic fieri vidi et audiui, ideoque hoc presens Instrumentum publicum desuper confectum manu mea propria scripsi & Signo ac Nomine meis consuetis consignaui rogatus & requisitus in Testimonium premissorum.

Anno MCCCLXV. lis fuit Altaristæ ad S. CATHARINAM quam & coram Judicibus evicit, in causa subtractorum sex maldrorum siliginis contra hæredes CONRADI de *Merxheim.* Biennio post cum hæredibus iisdem facta est compositio. Utrumque damus ex binis Autographis. En *primum:*

In Nomine Domini Amen.

Judices Sancte Maguntine Sedis omnibus presens Scriptum intuentibus Subscriptorum notitiam cum salute. Coram nobis in Judicio JOANNES de *Rockenbergen* Presbyter & Capellanus Altaris Ste KATHERINE Virginis siti in Ecclesia Sti CHRISTOPHORI Maguntie suo & Altaris sui nomine CUNRADUM, GELAM & KATHERINAM dictos de *Steden,* liberos & heredes quondam CUNRADI de *Merckesheim* & STILLE sue Uxoris legitime ceterosque predictorum heredum & liberorum coheredes reos, super censu annuo *sex maldrorum siliginis*, duobus annis sibi quo supra nomine non persoluto sed subtracto, persoluendo & dando, ut in possessionem

nem juris percipiendi, quo ſupra nomine, dicta ſex maldra ſiliginis ſingulis annis reducatur & reſtituatur, traxit in cauſam. Libellum eis obtulit in hec verba: Coram vobis Dominis Judicibus Sancte Maguntine Sedis dicit & in jure proponit JOANNES *de Rockenbergen* Presbyter & Capellanus Altaris beate KATHERINE Virginis ſiti in Eccleſia ſancti CHRISTOPHORI Maguntinenſi ſuo & Altaris ſui predicti nomine Actor contra CUNRADUM, GELAM, KATHERINAM dictos de *Steden* liberos & heredes quondam CONRADI de *Merckeſheim* & STILLE ſue legitime ceteroſque predictos heredum & liberorum coheredes reos: quod licet Altare beate Virginis KATHERINE predictum, & ipſius nomine quondam Predeceſſores Actores predicti fuerint in quaſi poſſeſſione percipiendi ſingulis annis ſex maldra ſiliginis Maguntinenſis menſure â quondam CONRADO & STILLA predictis & de eorum bonis, eadem ſex maltra ſiliginis ab eiſdem receperint & per plurima tempora pacifice percipere conſueverint ipſiſque iam duobus annis ſubtractis & non ſolutis, rei predicti quondam CUNRADO & STILLE predictis tanquam & revera heredes legitimi uniuerſaliter in omnibus eorum bonis & juribus ſuccedentes, ſepe rogati & moniti eorundem ſolutionem ſex maldrorum videlicet ſiliginis predictorum neglectam Actori predicto, quo ſupra nomine indebite facere contradicunt. Quare petit Actor quo ſupra nomine, ſe ad jus percipiendi ſingulis annis ſex maldra ſiliginis, de quibus ſupra, â reis predictis debere reſtitui, per reoſque predictos ſex maldra ſiliginis predicta duobus annis ſubtracta, eidem quo ſupra nomine debere perſolvi veſtra declarari diffinitiva ſententia mediante. Declaratoſque veſtra condempnatione in premiſſis prima ad predictorum effectuationem compelli Eccleſiaſticam per cenſuram, que petit Actor predictus coniunctim & diuiſim una cum litis expenſis factis & faciendis: ſaluo ſibi

 in

in premiſſis jure addendi, minuendi, mutandi, corrigendi & alio quovis juris auxilio ſibi competenti ad probationem duntaxat neceſſariam ſe adſtringens. Huic libello lite ſuper huiusmodi libello per WENTZONEM famulum JOANNIS dicti *zum Sterren* Judicis ſecularis Maguntini, CUNRADUM de *Steden* & WOLFFRAMUM de *Tribuno* legitime conteſtata ac precluſa, ceteris reis in libello Actoris contentis de cetero excipiendi contra libellum Actoris in penam contumacie eorundem & ſtatuto eis certo termino ad reſpondendum preciſe libello Actoris jurato de calumpnia per SYFRIDUM *Kalgburner* Procuratorem Actoris in penam contumacie reorum. Oblatis articulis pro parte Actoris & receptis Teſtibus per eum productis juratis in penam contumacie reorum predictorum ad hoc legitime citatorum, ac eis diligenter per certum noſtrum Commiſſarium examinatis, dictis ipſorum in ſcriptis redactis & demum in penam contumacie reorum ſolempniter publicatis, deinde ſtatutis pluribus terminis dictis reis ad excipiendum contradicta & perſonas Teſtium per Actorem productorum factis etiam quibusdam proteſtationibus pro parte reorum contra dicta Teſtium & pro ſui juris defenſione, quibusdam aliis proteſtationibus à Procuratoribus partium hinc inde ſubſecutis, ſtatuto demum termino ad proponendum omnia, que partes proponere vellent ante cauſe concluſionem, propoſitis deinde pluribus allegationibus & rationibus pro parte reorum pro ſua intentione fundanda, & contra Actoris intentionem ac pro impedienda concluſione & contra dicta Teſtium & reſponſionibus pro parte Actoris ad dicta reorum propoſita ſubſecutis ac eorum meritis nobis in tempus diffinitive per noſtram interlocutoriam reſeruatis, concluſaque per nos cum Actore & reorum Procuratore nobiscum voluntarie concludentibus & ſtatuto certo termino ad ſententiandum diffinitive & in diem

diem presentem prorogato, Procuratoribus partium presentibus & nostram sententiam diffinitivam cum instancia fieri petentibus.

Nos igitur visis actis cause & diligenter consideratis . . . . quia invenimus dictum Actorem suam intentionem suo & Altaris sui nomine quoad possessionem juris percipiendi sex Maldra Siliginis mensure Maguntinensis & subtractionem & non solutionem dictorum sex Maldrorum Siliginis duobus annis per reos factas sufficienter probavisse, ideo Christi nomine inuocato pro tribunali sedentes & solum Deum pre oculis habentes, deliberatione inter nos prehabita diligenti, ipsum Actorem ad jus percipiendi dicta sex Maldra Siliginis singulis annis Altaris sui nomine in possessionem juris percipiendi â dictis reis, videlicet WENTZONE, CONRADO & WOLFFRAMO, qui litem in presenti causa sunt contestati, singulis annis restituimus & reducimus, dictosque reos ad tradendum & solvendum dicto Actori & sue Vicarie singulis annis sex Maltra Siliginis mensure Maguntinensis. . Nec non ad tradendum, ad soluendum Actori duodecim Maltra Siliginis duobus annis subtracta & non soluta ante presentem litem motam, & sex Maltra Siliginis subtracta â tempore mote litis, & ad expensas litis sententionaliter & diffinitiue contempnamus in hiis scriptis, expensarum declaratione & moderatione nobis inposterum reseruata. Lecta & lata est hec sententia diffinitiua Procuratoribus partium videlicet SYFRIDO *Kalgbrunner* Actoris & JOHANNE *Honeheim* reorum Procuratoribus presentibus. Sub Anno Dñi *Millesimo trecentesimo sexagesimo quinto.* XII. Kalendis *Decembris.*

Alterum eſt, prout ſequitur:

Judices ſancte Maguntine Sedis. Recognoſcimus & tenore preſencium ad uniuerſorum noticiam cupimus peruenire, quod cum diſcretus vir JOANNES de *Rockenberg* Presbyter Capellanus Altaris beate KATHERINE Virginis ſiti in Eccleſia ſancti CHRISTOFORI Maguntie ſuo & iam dicti ſui Altaris nomine CONRADUM, GELAM & KATERINAM de *Steden* liberos & heredes quondam CONRADI de *Mercksheim* & STILLE ſue uxoris legitime & ſuorum liberorum & heredum coheredes reos ſuper cenſu annuo ſex Maldrorum Siliginis Maguntinenſis menſure ſibi duobus annis non perſoluto ſed ſubtracto perſoluendo & in poſſeſſionem juris percipiendi quo ſupra nomine eadem ſex Maldra annis ſingulis reducendo & reſtringendo coram nobis traxiſſet in cauſam, huiusmodique cauſa fuiſſet coram nobis diutius ventilata cum magnis ſumptibus & expenſis, cumque nos diligenti deliberatione penes nos prehabita & maturo freti Conſilio Iuris peritorum predictum JOANNEM Actorem ex quo eius intentionem quoad poſſeſſionem juris percipiendi ſex Maldra pretacta ac ſubtractionem & non ſolutionem eorundem ſex Maldrorum duobus annis ut prefertur inuenimus ſufficienter fuiſſe probatam, in poſſeſſionem juris percipiendi predictum cenſum ſex Maldrorum Siliginis Altaris ſui nomine reſtituimus & reduximus, & inſuper ad tradendum & perſoluendum ſibi Actori duodecim Maldra Siliginis duobus annis ſubtractis & non ſolutis ante inchoacionem dicte litis, & ſex Maldris Siliginis â tempore mote litis ſibi ſubtractis nec non in expenſas litis ſententialiter & definitiue condempnauimus quas Procurator prefati Actoris nomine Procuratorio ipſius ſuo iuramento per eum coram nobis preſtito noſtra taxatione & moderatione legitime precedentibus ad ſummam triginta duorum florenorum auri declarauit pro ut hec & alia in noſtra ſententia deſuper lata plenius continentur.

Poſtmodum vero prediɛtus JOHANNES Actor ſuo & dicti ſui Altaris nomine ex una & CONRADUS Filius quondam CONRADI & STILLE preſcriptorum & GEBHARDUS eius Frater legitimus, qui tempore mote litis pretacte abſens fuit, & in partibus alienis moram trahens parte ex alia ſuo & dictarum eorum Sororum ac omnium ſuorum coheredum nomine coram nobis pariter conſtituti recognouerunt hinc inde publice & expreſſe quod ipſi propter bonum pacis & concordie ſic & tali modo concordati eſſent atque complanati quod ipſi rei preſcripti dicto JOHANNI Actori pro illis decem & octo Maldris Siliginis Maguntinenſis menſure ſibi non perſolutis ſed neglectis & pro illis triginta duobus florenis auri expenſarum nomine in quibus eosdem reos per noſtram difinitiuam ſentenciam condempnauimus ſoluere & tradere deberent, quadraginta florenos auri, quos eciam ipſi rei eidem JOHANNI perſoluiſſent, quos eciam idem JOHANNES ſe ab eis recepiſſe recognouit, & inſuper iidem rei ſuo & heredum ac coheredum ſuorum nomine omnia bona pro cenſu perpetuo ſex Maldrorum Siliginis predicto per quondam CONRADUM & STILLAM Coniuges preſcriptos poſita & ſubpignorata in terminis ville *Naubeim* ſita quorum ſpecificatio ſubſcribitur, memorato JOHANNI & ſuis Succeſſoribus in Altare ſupra dicto dimittere deberent ac eis renunciare ſimpliciter & in totum. Quod eciam ipſi rei feciſſent cum effectu, quibus eciam bonis CONRADUS & GEBHARDUS predicti ad maiorem cautelam renunciarunt, & â ſe quo ſupra nomine abdicauerunt penitus & omnino & promiſerunt fide manuali pro ſe & dictis eorum heredibus & coheredibus, quod ipſi predictum JOHANNEM aut aliquem Succeſſorum ſuorum in preſato Altari in pretactis bonis per eos dimiſſis & renuntiatis nollent nec deberent ullo unquam tempore impedire, moleſtare aut perturbare

turbare per se uel alium seu alios verbo vel opere publice uel occulte, directe uel indirecte uel alio quouis modo. Et si, quod absit, ipsi rei uel aliquis ex eis uel heredes eorum contra premissa facerent uel venirent quocunque modo, quod ex tunc ipso facto omnia alia bona ipsorum CONRADI & GEBHARDI ac heredum & coheredum ipsorum que in dicta villa *Nubeim* ac suis terminis haberent & possiderent, una cum pretactis bonis subpignoratis & per eos dimissis similiter pro subpignore predicti perpetui census iacere deberent & deuenire contradictione qualibet cuiuslibet hominis non obstante omni modo pacto & condicto quemadmodum bona per ante dictos Coniuges pro eodem censu subpignorata extiterunt. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum ad preces JOHANNIS ac CONRADI & GEBHARDI prescriptorum presentibus duximus appendendum. Actum anno Domini MCCC. *Sexagesimo Septimo.* XIII. Kalend. *Decembr.*

Situs autem & specificatio bonorum per sepe fatos Coniuges pro predicto perpetuo censu sex maldrorum siliginis subpignoratorum sequitur in hunc modum: *Primo* in campis seu terminis dicte ville *Nubeim* unum juger terre arabilis consulkaneum *Contze Ysengard.* It. unum juger uff *Eichenbach* consulkaneum *Rücker Trost.* It. cum dimidio iugera off by beden Neyben der *Koffnerin.* It. dimidium juger off beden Gefor *Contzen Zercken.* It. dimidium juger vor Sachan ziher uff den Rin. Item quinque quartalia uff Jutten hellen gefor den Heiligen. Item dimidium juger ob Sachan gefor Speiden. Item unum juger bi *Peder Zimmerman.* Item unum cum dimidio iugera uff die neuwe Wesen bi *Naubeimers* Kinden. Item unum cum dimidio iugera uff die New wesen gefor *Peder Zimmerman.* Item unum duale ob dem unter Pat gefor

Peder

Peder Zimmerman. Item unum iuger an Aſtheimer Weg gefor *Walders* Son. Item unum iuger gefor off das Dorf, gefor *Peder Zimmerman.* Item unum iuger off dem *Bomel* gefor Peder Zimmerman. Item unum cum dimidio iugera an dem gennen Wege. Item unum iuger neben *Kuntzen* jungen. Item unum iuger uff der Dappilwart. Item dimidium iuger der zihet uff die bach. Item unum cum dimidio iugera bey der ob Forch an der Hecken vor. Item unum cum dimidio iugera vor den Hamen hatt gefor *Peter Stillen.* Item unum cum dimidio iugera ob der Mees velder Weg gefor *Schäden* Kinden. Item unum iuger off Peders Garten gefor *Naubeimers* Kinden. Item unum juger uff den Mersvelder Weg gefor *Kunſen Zecken.* Item duo iugera uff den Mersvelder Weg gefor *Peder Zimmerman.* Item unum iuger neben den bünden gefor *Wernſtengel.* Item unum cum dimidio iugera bi dem Mentzer Weg gefor *Wernber Kaſtendocb.* Item unum Manſmat pratorum uff Schanck neben *Kunſen Zecken.* Item duo Manzmat pratorum neben *Peder Zimmerman*, an groſen Zimbelin. Item unum Manſmat pratorum an *Peder Zimmerman* gefor darbei. Item unum Manſmat pratorum uff die langen Würth uf die Bach. Item duo Manſmat pratorum in dem Erle neben *Peder Zimmerman.* Item duo cum dimidio Manſmat pratorum off Sant *Albans* Wieſen.

Anno mox MCCCLXX. alius cenſus trium medimnorum ſiliginis ad idem beatæ CATHERINÆ Altare conſtitutus, ſententiâ Judicum Moguntinorum in contradictorio firmatur ſequenti modo ex Authentico deſcripto.

In nomine Domini Amen.

Judices Sancte Maguntine Sedis oblato libello infra ſcripti tenoris per JOHANNEM de *Rockenberg* Rectorem Altaris ſancte *Katherine* in Eccleſia Parochiali S. CRISTOFORI Maguntinenſi contra GERUNGUM Villanum in villa *Flersheim* & ſuper eodem coram nobis per antedictum reum lite legitime conteſtata, juratoque de calumpnia per utraſque partes, oblatis etiam poſitionibus & articulis pro parte Actoris & pro parte dicti rei quibuſdam reſponſionibus ad eoſdem ſubſecutis, deinde oblata coram nobis quadam ſupplicatione pro parte eiuſdem rei, qua ſupplicauit, quod cum paratus eſſet ſe velle dimittere ſubpignora impignorata pro penſione ſiliginis, de qua fit mentio in libello, quatenus ad hoc faciendum ipſum remittere vellemus ad ſeculares Judices ſubpignorum predictorum, hoc offerens pro impedienda concluſione petita partem per aduerſam, quibuſdam pro parte Actoris replicando in contrarium, quibuſdam eciam duplicationibus contra hec pro parte dicti rei poſtea ſubſtitutis, qua quidem ſupplicatione per nos & quandam noſtram interlocutoriam repulſa certum ſtatuimus terminum partibus ad concludendum uel ad dicendam cauſam rationabilem quare hoc fieri non deberet, in quo concluſimus & pro concluſo habuimus de conſenſu *Siffridi Kalgborner* Actoris & *Theodo* de *Boppardia* rei Procuratorum.

At in eorum preſentia in preſentem diem & horam judiciales, terminum ſtatuimus ad noſtram diffinitiuam ſententiam proferendam. Procuratoribus itaque partium predictarum in noſtra preſencia conſtitutis ac poſtulantibus cum inſtantia ſentenciam noſtram fieri. Nos viſis actis & actitatis in ipſa cauſa coram nobis & eiſdem cum diligentia recenſitis, deliberatoque per nos mature ſuper

ſuper eis, quia per ea que videmus & vidcmus, cognouimus & cognoſcimus, inuenimus dictum Actorem ſuam intentionem ex confeſſionibus ipſius rei multipliciter fundauiſſe, Igitur Criſti Nomine inuocato ſedentes pro tribunali, ac ſolum Deum pre oculis habentes, diffinitiue pronunciamus, decernimus & declaramus: predictum reum ad dandum ſoluendum & tradendum tria maldra ſiliginis ex cauſis in libello ipſius Actoris contentis ipſum ad hoc cum expenſis litis coram nobis factis ſententionaliter condempnantes, quarum taxationem nobis inpoſterum reſeruamus. Lecta & lata eſt per nos hec ſententia diffinitiua *Siffrido Kalgborner* Actoris & *Theod.* de *Boppardia* rei Procuratoribus preſentibus. Anno Dni. MCCCLXXmo II. Nonas *Aprilis.*

Tenor Libelli, de quo ſupra, ſequitur & eſt talis: Judices Sancte Maguntine Sedis. Propoſuit in jure coram nobis *Joannes* de *Rockenberg* rector Altaris Ste *Katherine* in Eccleſia Parochiali Sti *Chriſtofori* Maguntinenſi contra *Gerungum* Villanum in villa *Flersheim*, quod idem reus Actori in tribus maldris ſiliginis merſure Maguntinenſis efficaciter obligatus exiſtit, ex eo, quod idem reus tria maldra ſiliginis de quibuſdam certis terris arabilibus ſitis in campo & terminis ville *Flersheim* in proceſſu cauſe ſpecificandis dicto ſuo Altari pro penſione annua trium maldrorum ſiliginis dicte menſure olim ſubpignoratis, quam penſionem etiam dictus Actor & ſui in dicto Altari predeceſſores hactenus perceperunt de terris predictis ſingulis annis, & in poſſeſſione perceptionis ipſius pacifice extiterunt & etiam â reo dictas terras poſſidenti pluribus annis perceperunt infra duo Feſta Aſſumpcionis & Natiuitatis beate Marie Virginis de proximo termino ſolutionis lapſo non ſoluit & eandem ſibi ſolutionem indebite contradicit, petens dictum reum

ad dandum, ſoluendum, & tradendum ſibi tria maldra ſiliginis ex cauſis premiſſis & in expenſas litis factis & faciendis ſententialiter condempnari & compelli debitam per cenſuram.

Subpignora in Flersheim
Super III. Maldris Siliginis.

Nota iugera redituum in *Flersheim* pertinencium ad Altare S. KATHERINE in Eccleſia Sti CRISTOFORI Maguntinenſi. Primo an dem Riede uſe dem Velde gegen *Wilbach* eyn Morgen Acker und iſt ein Anwender. It. unum iuger ober der mene Wege. It. 1. Zweyteil Ackers uſe dimils halbe Morgen. It. 1. Zweiteil obir dem alden Wicker Weg. It. 1. Viertel gein *Nyde* wendig des Dorffs. It. 1. Zvveiteil gen ſit. Item ½ Morgen Ackers uſe dem Rode. It. ½ Morgen. It. 1. Zvveyteil gein *Zeilfurte.* It. ½ ober Gitzel ſehes Graben tretter. Et horum jugerum terre arabilis in *Flersheim* in uniuerſo ſunt ſeptem. Hactenus charta.

Anno MCCCLXXXI. METZE *zum Appenheimer* coram JOANNE *de Müntzenberg* Canonico *S. Petri* tanquam rei agrariæ Præfecto (*Canonick zu St Peter und Veldmeiſter*) tres libras Hallenſes annui cenſûs Eccleſiæ S. CHRISTOPHORI addicit ſuper certis prædiis in *Gartenfeld*, veluti Chartarium huius Eccleſiæ latiſſime deſcribit.

Anno MCCCLXXXIII. HENRICUS *Flemming* de *Hauſen* Eques decem libras Hallenſium vendidit ad Altare S. NICOLAI hac ſub forma ex Originali deſcripta:

Kund ſy allen Luden dy dyſen Bryffe anſehint oder horint leſen, das ich *Heynrich Flemming van Huſen* Edilknecht unde myne Erben

Erben verkaufft han recht vnd redelichen *zehin phunt Heller* evvigs Geldis der Fycarie vnde dem Elter *sancte NYCOLAUS* in der Pharren zu *sancte CRISTOFEL* tzu Mentze vmb eyne Summe Geldis der ich gutlich vnd wol betzalt bin, dy ich in mynen Nutzen gekort vnde gewant han, alle Jar ewiclichen tzu reichen vnde tzu geben vnde tzu gelden off sancte *Martins* Dag des heiligen Bisschoffs, der do gelegen ist in dem Winther, Vnde diss sint di Vnderphande dy ich *Heinrich Fleming* vor dy tzehen Phunt Geldis han tzu Vnderpand gelacht. Tzum ersten: ein Tzweital Wingarten geit mir *Heinrich* Dritteil gelegen an dem Rietwege gevor *Henne Waldirtheymer*. Item funff Vyrtel Wingartis an der Dychbach gyt auch mir Heinrich, gevor *Pedir Roden*. Item eyn Drutteil Wingarten gelegen an der Leymgruben, gyt mir Heinrich auch Dritteil, gevor *Henne Jacob*. Item eyn Dritteil Wingarten am Mentzir Wege, gyt mir Heinrich auch Dritteil gevor *Henne Jacob*. Item eyn Dritteil Wingarten in der Bachrusen gyt mir Heinrich auch Dritteil gevor *Emerich Beltzer*. Item eyn Drytheil Wyngartes an dem Hückebugel gevor *Henne Busboff* deme aldin gyt mir Heinrich auch Drytteil. Item eynen halben Morgen Wyngartes in dem Sesegan gevor *Henne Ryemer* gyt mir Heinrich auch Dritteyl. Item eyne halbe Ame *Frentzes Wyns*. * byt (NB loco *mit*) den Beren gelegen off eyme Zweytal Wyngartes an dem Ockenheimer Wege gevor *Henne Greffer*. Item eyn halbe Ame *Frentzes Wyns* byt den Beren gelegen vff Kransberg gevor *Henne Wüste* off eyme halbin Morgen Wyngartes. Item eyne halbe Ame *Frentzes Wins* off eyme Zweytel Wingartes byt den Beren in der offzyhenden Gewanden gevor *Heyntze Stollen*. Item Nün Firtel Frentzes Wynes byt den Beren off eyme Zweytel Wingartes an *Smeckeborn* gevor *Emerich Babist*. Item eyne halbe Ame Frentzes Wyns byt den Beren off Kransberg

off eyme Zweytel Wingartes gevor *Pawels Selant*. Item anderthalb Ame Frentzes Wyns off anderthalbin Morgen Wingartes byt den Beren gelegen in der Kortzen Gewanden gevor *Henne Waldurheym*. Item eyn Ame Frentzes Wyns byt den Beren off eyme Morgen Bomgartes an dem Binger Wege gevor *Henne Huffenal*. Item fünffzehin Schillinge eweges Geldes off eyme Drytteil Wyngarten an dem Mentzer Wege gevor Henne Jacob. Item funff Firteil Wyngartes dy da myn sint off deme Affinberge gevor Jungfrawen *Licken* dye gyt Hubenzins. Item eynen Morgen Wesin in dem Setal gevor *Otte Reyden*. Item eyn Zweyteil Wingartes an dem Offenborn gevor *Fust* von Dyepach. Item andirthalben Morgen Wyngarten an dem Ockenheymer Wege gevor *Clas Hiemelstoss* vnd *Peder* von *Ingelheym*. Item zwene Morgen Wyngarten an dem Brennenstege off dem Rythe ane dem Wege. Item eynen Morgen Ackers an dem *Sporckenheymer Wege* gevor Her *Johan Gruwel* der eyn Lantschriber wass. Item eyn Pund eweges Geldes gelegen in dem Dorffe zu *Algensheim* off eyme Huse vnd off eyner Hoffstede darnebin, gene *Clas Hylchen* ober. Item eyne Ame Frentzes Wins bit den Beren off eyme Morge VVingarten in der offtziehenden Gewanden gevor *Henne Murer*.

Dyse vorgeschribene Morgen gent alle Hubentzins.

Vnd vver iss Sache das ich vorgenant Heynrich dye vorgenant Gulde nyt ingebe vnd reichte off dye Tzyt als vorgeschriben stet, so mag eyne yglicher Capelan der denselben Elter zu der Tzyt hat tzu Sante *Nycolaus* in Sant *Christoffels* Pharre tzu Mentzen dye vorgeschriben Vndirpander offholen vnd erclan als das geryechtes Recht vnd gevvonet ist tzu *Alginsheim*, vnd mag dan derselb Capelan der tzu derselben tzyt ist off deme Elter, dun und lassen, brechen vnd bussen, vorsetzen vnd vorpenden, vorkeuffen ader mag

mag ſie ſelbir behalden vvye datz yn geluſt tzu allem dem Rechten, alſe ſye lagen da dye vorgenent Guld darvff verkauft vvart vnd offgegebin.

Auch iſt me geret, vver iſs Sache das ſych der Capelan der da itzunt iſt off den Elter zu *Sante Nycolaus* ader nach eme vmmer dar vff kommet dy vorgeſchriben Vndirpande offhulten vor dye zehin Pund eweges Geldes als da vorgeſchriben ſtet, ſo ſollint ſye vvelcher iſs iſt bit den vorgen: Vndirpanden nyt anders dun daz iſs vvedir kome an denſelben Elter tzu *Sante Nycolaus*, vnd des Elters Beſte vnd Notz damyede vorkeren in allin Sachen. Auch iſt geredet, vver den Elter beſinget in der Pharren *tzu Sant Criſtofel* zu *Sante Nycolaus* der itzunt iſt, adir der hernach Capelan an ſyne Stat vvyrdet, *der ſal keyne Meſſe vber keyme andern Elter balden*, *dan ober deme Elter*. Wer iſs Sache das ir keiner iſs breche und iſs nit erhylde als da vorgeſchriben ſtet, ſo mogent Jungfrawe *Lyſen* Erben zu dem *Roſebaum* die vorgen: zehen Pund evveges Geldes dem Capelan nemen, vnd andirs vvar gebin vvar ſie geluſtet. Auch iſt geret das den vorgen: *Heynrich* nyt ſal ſchirmen an der vorgeſchriben Gulde zu geben Hal, Her, Myſſevvaſs, Gotz-Gevveder, noch keyn der dyng dye dem vorgenanten Elter ader Fyckarien odir an den vorgeſchryben Vndirpanden ſchedelichen mochten ſin.

Alle dyeſe vorgeſchriben Rede vnd Artigkelle ſint geſcheen vnd offgeben von den Worten zu Worten als vorgeſchriben ſtet, vor den nachgeſchriben erbern vvyſen Luden Scholtheyſs und Scheffen des Geryechtes zu *Alginsheim* bit namen *Ernbrecht* Scholtheiſs zu *Alginsheim* vnd Juncker *Thomas* off *der Bach*, vnd Juncker *Peder*

Wyn-

Wyntzig, vnd Juncker *Conrad Lumpe*, vnd Juncker *Cunrad Boſs*, vnd Juncker *Otte Reyde von Schonenburg*, vnd *Gotze Roſebecher*, vnd *Pedir Haſe*, vnd *Heyntze Flugel*, vnd *Heyntze Stal*, vnd *Heyntze Padenbucher* vnd *Peder Knecht*, vnd andere erbern Lude. Vnd vvyr der vorgen: Scholtheyſs vnd dye Scheffin vorgeſchriben erkennen vns das vor vns quame der obgenante *Heynrich Flemyng*, vnd vorgyfte vnd gab off dye vorgeſchriben *zehen Pund Geldes* myt Munde, myt Henden vnd myt Halme, vnd dyeſe offgabe inphing Her *Bechtolff* Vicarius von der vorg: Fyckarien vvegin vnd Elters, vnd vvart daz vorbodet als des Geryechtes Recht vnd gewonet iſt tzu *Alginsheim*. Des tzu Vrkunde vnd tzu Merer Sichereyde ſo han ich *Heynrich Flemyng* myn Ingeſyegel gehangen an dyeſen Bryeff vor mich vnd vor myn Erben, vnd han auch *Ernbrechten* den Scholtheyſsin tzu *Alginsheim* gebedin das er ſin Ingeſyegel han gehangen an dyeſen Bryeff. Datum anno Dni M. CCC. LXXXIII. *Feria ſecunda* poſt Dominicam *Quaſi modo geniti*.

Notet Prædia in pignus conſignata intra limites agri *Algesheimenſis* contineri, ita enim rubrica inſinuabat tam originariæ traditioni, quam judiciali atteſtationi authenticæ à foris inſcripta.

*

Anno MCCCXCI. *Henn Webner zu der rothen Schiben* Civis Moguntinus conſentiente Uxore *Margaretha* ad Capellam *S. Michaelis* quotidianam inſtituunt Miſſam, omnia bona ſua, poſtquam vita deceſſiſſent, huc liberaliter donantes.

Eodem

Eodem anno: dono *Antze zum Hochheimer*, & *Metzæ* Conjugum pro Miſſa indies in eadem Capella dicenda addunt reditus 15. maldrorum farris & unius maldri cicerum.

Anno MCCCXCV. arbitro *Eberhardo de Jppelbrunn* Decano majore Jus Patronatus circa Altare *S. Michaelis* addicitur Fabricæ Magiſtris pro tunc & in futurum Eccleſiam Parochialem S. Chriſtophori curantibus, prout fuſius Chartarium dictæ Eccleſiæ narrat.

Mox CONRADUS Archipræſul Jus Patronatus ædilibus addicit, modumque muneris Beneficiati condicit.

CONRADUS Dei Gratia Sancte Maguntine Sedis Archi-Epiſcopus ------ his que pro diuini cultus augmento pie & prouide facta ſunt, ut illibata conſiſtant, libentem adjicimus noſtri Ordinarii muniminis firmitatem, ut nulla valeant inpoſterum intentione reuocari. Accepimus igitur *Hermanno* dicto zum *Wiedenhoffe* & *Henrico* dicto *Burggreffen* Ciuibus ac Magiſtris Fabrice Eccleſie Parochialis S. CHRISTOPHORI nobis referentibus, qualiter quam plures Chriſti Fideles de bonis tranſitoriis â Deo ſibi collatis pro ſuarum ac omnium Fidelium & Benefactorum ſuorum ſalute *Capellam* ſeu Altare *in Cemeterio* Parochialis Eccleſie antedicte ſituatum, ac in honorem beati MICHAELIS Archangeli fundatum erectum & conſecratum, quibuſdam certis fructibus & redditibus competentibus dotauerunt, prout hic in Inſtrumentis publicis & aliis Litteris, quibus merito fides eſt adhibenda nobis oblatis, plenius vidimus contineri, accedente ad hoc voluntate & conſenſu deuoti noſtri dilecti PETRI de *Badenheim* Rectoris eiuſdem Eccleſie Parochialis, de quo nobis per ſuas litteras facta eſt plena fides, nobiſque pro parte dictorum *Hermanni* & *Henrici* fuit humiliter ſupplicatum, quatenus huiuſmodi fundationem, erectionem & dotationem

nem ratas & gratas habendo ipsas Authoritate nostra ordinaria confirmare dignaremur;

Nos igitur attendentes quod eorum donationi, qui bona sua transitoria in thesauros celestes & immarcessibiles commutant, merito sit annuendum, huiusmodi supplicationi inclinati, fundationem, erectionem & dotationem prescriptas ratas & gratas habentes, eas auctoritate nostra ordinaria recipimus, admittimus & approbamus dictumque Altare seu Capellam in Beneficium Ecclesiasticum perpetuum in Dei nomine instituimus & confirmamus, *Jus Patronatus* seu presentandi quoties dictum beneficium uacauerit præfatis *Magistris Fabrice* aut aliis pro tempore Magistris Fabrice dicte parochialis Ecclesie existentibus eo modo & forma, quibus dictum jus eisdem per quandam arbitralem sententiam, per honorabilem Virum Instrumento publico desuper confecto conscriptam, reseruatum est, de speciali gratia presentium tenore reseruamus, nolumus tamen per fundationem, erectionem & dotationem prescriptas, aut etiam nostram confirmationem, parochiali Ecclesie antedicte aut Rectori eiusdem pro tempore existenti, aliquod prejudicium generari, statuentes insuper, quod inuestitus pro tempore ad dictum beneficium, *qualibet septimana tres missas* ad minus in eodem Altari celebrare sit adstrictus, impedimentis legitimis duntaxat exceptis, quodque Plebano Sti CHRISTOPHORI pro tempore existenti singulis diebus Dominicis & festiuis ac funeralibus, sicut per alios Vicarios seu Altaristas dicte Ecclesie Sti CHRISTOPHORI fieri consuetum est, fideliter cooperetur, prout hec & alia in dictis Instrumentis seu Litteris rite ordinata sunt & expressa, in quibus etiam reditus & prouentus dicti Beneficii seu Altaris sufficienter designata sunt & specificata, in quorum omnium & singulorum

lorum testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum *Moguntie feria quinta* post diem beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quinto.

Anno MCCCXCIX. Parocho titulo & onere locati conducti domus Campanatoris conceditur, quare sequentes dedit reversales:

Jch PHILIPPUS von *Fluersheim* ein Pharrer zu Sanct *Christoffel* zue Mentze bekenne mich an diesen offen Brieff, das mir die erbarn bescheiden Lude *Ortlieb zu Silberberg*, und *Cunrad Snecke* Buwmeister zu Sanct *Christoffel* vorgenant geluhen hant das *Huß vnd den Keller* mit sine zubehören, dass an mine Husse hart gelegen ist, und zu dem Buwe horet vnd heisset eines *Glockeners Huß*, alle Jahr vmb *fünff Pfund Heller*, die ich sie bewisset han an *Wilkin Salman* vnd zu meiner Kirchen horent, also, dass ich von Gnaden vnd nit von rechten mag ein Dürr darin brechen des Huss zu gebruchen, vnd soll ich iss halten in Buwe vnd in Besserunge als ich iss itzunt finde ohn gefehrde, vnd vvan ich PHILIPS Pfarrer vorgenant vville, so mag ich dass vorgenant Huss mit dem Keller mit seine zubehören Vffsagen, vnd soll ich is dan von Stund rumen, vnd sollen die Buwmeister, die dan sind, dass vorgenant Huss vnd den Keller vvider vffnehmen, von des Buwes vvegen, vnd einen Glockner darin setzen, vnd mir sollen die vorgenanten fünff Pfund Geldts vvieder fallen vnd vverden, als die vor min vnd miner Kirchen zubehorend, vssgenohmen alle Geuerde vnd Argliste, hierbey sindt gewesen die erbare Lude, *Hermann zum Wydenhofe*, und *Wilkin Salman* vnd *Peter Ringe* der

Bander vnd *Eichenlaux*, Vnſs zu beſagen alles das da vorgeſchrieben ſteet, ahn Geuerde, vnd deſs zu mehrer Sicherheide, ſo han ich PHILIPS Pharre vorgenant min Ingeſigel ahn dieſsen Brieff gehangen, daſs alle vorgeſchriebene Stucke vnd Artickele vvahr vnd veſte ſin. Datum anno Domini *Milleſimo*, *trecenteſimo nonageſimo nono*, *feria quarta* poſt diem exaltationis S. Crucis.

L. S.

Anno MCCCCVIII. facta eſt, teſte libro conſuetudinum Fol. 49. ſequens:

„ *Diſpoſitio oblationum Altaris S. VALEN-* „ *TINI in Eccleſia S. CHRISTOPHORI.*

„ CONRADUS *Unrevver* Decanus Eccleſie beate Ma-
„ rie Virginis ad Gradus Maguntinenſis, Vicarius Reuerendiſſimi in
„ Chriſto Patris ac Domini noſtri JOHANNIS Archiepiſcopi Ma-
„ guntini in Spiritualibus Generalis ad futuram rei memoriam.

„ Sane nobis expoſito per honorabilem uirum Dominum HEN-
„ RICUM *Nuwinhaus* Rectorem Eccleſiæ Parochialis S. CHRISTO-
„ PHORI Maguntini & *Jeckelinum Schenckenberg* & *Nicolaum Eichen-*
„ *laub* ciues Maguntinos Eccleſiæ Parochialis prædictæ, & nomine
„ ipſius Eccleſiæ & pro eadem: quod licet de Iure omnes & ſingu-
„ læ oblationes, utilitates & emolumenta infra terminos Eccleſiæ
„ Parochialis prædictæ, & infra metas & limites eiusdem prouenien-
„ tes & prouenientia, in quibuscunque rebus conſiſtant, ad Recto-
„ rem Eccleſiæ Parochialis prædictæ pro tempore pertinuerint ac ſpe-
„ ctauerint, & pertinere debuerint, ac hodie ad ipſum D. HEN-

RICUM

„ RICUM Rectorem prædictum ſpectare ac pertinere debeant ac ſpe-
„ ctent & pertineant, tamen diſcretus D. PETRUS *Spigelberg* Re-
„ ctor Capellæ & Altaris S. VALENTINI ſiti in Eccleſia prædicta,
„ & in poſſeſſione eiusdem de præſenti exiſtens, omnes & ſingulas
„ oblationes in cera ac Candelis & aliis rebus quibuscunque conſiſten-
„ tes, ad Capellam & Altare S. VALENTINI prædictum, & in
„ ipſo Altari per duos annos proxime fluxos & ultro oblatas, & ce-
„ dentes, & ea quæ offerebantur pro tempore (quo Iure & autho-
„ ritate penitus neſcitur) percepit & leuauit, ac easdem ad ſui uſum
„ & utilitatem conuertit, uti hodie conuertit in animæ ſuæ periculum,
„ & in ipſius D. HENRICI Rectoris & Eccleſiæ Parochialis præiu-
„ dicium non modicum damnum & grauamen.

„ Quapropter D. HENRICUS Rector & Magiſtri Fabricæ
„ prædicti humiliter ſupplicarunt, ac nos cum debita inſtantia requi-
„ ſierunt, quatenus ipſis & ipſi Eccleſiæ Parochiali prædictæ, de &
„ ſuper præmiſſis nobis expoſitis, de opportuno iuris remedio, pro-
„ ut de Iure poſſumus & debemus prouidere dignaremur.

„ Nos uero CONRADUS Decanus, & Vicarius Generalis præ-
„ fatus, attendentes huiusmodi Supplicationem & requiſitionem iuri
„ conſonas & conformes rationi, de præmiſſis nobis expoſitis verita-
„ tem & notitiam non habentes, præfatum Dominum PETRUM
„ Rectorem Capellæ & Altaris S. VALENTINI ad inſtantiam & pe-
„ titionem Domini HENRICI Rectoris, Prouiſorum ac Magiſtrorum
„ Fabricæ prædictorum, ſupra præmiſſis nobis expoſitis, ut præmit-
„ titur, ad comparendum coram nobis in certos diem & horam in-
„ fra deſcriptos, ad reſpondendum nobis ſuper eisdem, per certas
„ noſtras litteras fecimus citari & euocari.

„ Quibus die & hora aduenientibus, ipsi Domini HENRICUS „ Rector & Prouisores ac Magistri Fabricæ, & PETRUS Rector Cap- „ pellæ & Altaris principalis prædicti, coram nobis comparuerunt, „ & eosdem ac ipsorum petitiones & responsiones supra expositas no- „ bis prædictis, hinc inde cum diligentia audiuimus, & ipsis per nos „ ad plenum auditis & sane intellectis, ipsas partes super eisdem ex- „ positis, ad bonam & salubrem concordiam & statum pacificum de „ ipsarum partium principalium expresso consensu & uoluntate duxi- „ mus reducendas & reduximus: & easdem partes pro bono pacis & concordiæ per ordinationem infra descriptam, supra præmissis concor- „ dauimus, & concordamus.

„ Inprimis igitur Nos CONRADUS Decanus & Vicarius Gene- „ ralis prædictus, pro bona & salubri concordia & statu pacifico par- „ tium & Ecclesiæ prædictarum, & suorum Successorum pro tempore „ existentium, uolumus & disponimus & ordinamus, quod de cætero „ ipsi Domini HENRICUS Rector & Prouisores ac Magistri Fabricæ, „ & PETRUS Rector Capellæ & Altaris prædicti & Successores ipsorum „ pro tempore possunt & debent, & quilibet eorum potest & debet, „ etiam diuisim unam clauem ad Capellam prædictam, ad ipsam ape- „ riendam & claudendam eandem, diebus & horis congruis & debi- „ tis, ac opportune, pro honore commodo ac utilitate eiusdem Capel- „ læ & Altaris, quoties ipsi uidebitur expedire & expediat habere & „ tenere, quodque similiter pro utilitate & commodo Capellæ & Al- „ taris prædicti, Campanarius seu Custos Ecclesiæ Parochialis præ- „ dictæ pro tempore Iuratus, unam consimilem Clauem ad Capellam „ Altaris prædicti, ex commissione tantum Dominorum HENRICI „ Rectoris & Prouisorum ac Magistrorum Fabricæ & PETRI Re- „ ctoris Capellæ prædictorum & Successorum suorum pro tempore ad

„ ad aperiendam & claudendam eandem, quatenus expedit pro tem-
„ pore, penes se habere & retinere potest ac debet.

„ Item uolumus, pronuntiamus, disponimus & ordinamus,
„ quod oblationes, quæ in Capella & Altari prædictis tempore Cele-
„ brationis Missarum, siue alias offeruntur, debent cedere ipsi Domi-
„ no Rectori HENRICO Parochialis Ecclesiæ & suis Successoribus
„ pro tempore, cui etiam debentur ex iure. Aliæ uero oblationes,
„ quæ in cera, candelis & luminibus quibuscunque ad prædictam
„ Capellam & Altare S. VALENTINI prædictum pro tempore offe-
„ runtur, & oblatæ fuerint: aut etiam legatæ seu donatæ ac admi-
„ nistratæ sub quibuscunque modis & forma, sub honore & titulo S.
„ VALENTINI Patroni Altaris prædicti æqualiter in tres partes per
„ ipsos Dominos HENRICUM Rectorem Ecclesiæ & Prouisores ac
„ Magistros Fabricæ & PETRUM Rectorem Capellæ & Altaris præ-
„ dicti & ipsorum Successores pro tempore diuidantur & diuidi de-
„ beant. Quarum una partium Rectori Ecclesiæ, altera Prouisori-
„ bus & Magistris Fabricæ Ecclesiæ parochialis prædictæ & tertia ip-
„ si Rectori Capellæ pro tempore cedere debet & plene ministrari.
„ Quæ tamen oblationes prædictæ, pro tempore omnes & singulæ
„ supradictæ, in cera, luminibus, candelis, oblatæ ac legatæ siue
„ donatæ, ad honorem & usum omnipotentis Dei altissimi & totius
„ cœlestis Curiæ & Ecclesiæ parochialis & Fabricæ eiusdem, nec non
„ Capellæ, Altaris prædictorum duntaxat, & non ad alios usus sæ-
„ culares & prophanos debent conuerti & integre & plane ministrari.
„ Super quo conscientias ipsorum & Successorum suorum pro tem-
„ pore oneramus per præsentes.

„ Insuper disponimus, uolumus & ordinamus, quod de prædictis
obla-

„ oblationibus ceræ & candelarum & luminarium prædictorum futuris
„ temporibus in prædicta Capella ad honorem S. VALENTINI dan-
„ dis & offerendis pro tempore ipsi Capellæ & Altari prædictis, in
„ luminaribus & candelis duntaxat, prout decens est & expediens,
„ ante omnia debet prouideri. Lampade tamen, quæ pro tempore
„ in dicta Capella ardet, ad cuius Procurationem Prouisores & Ma-
„ gistri Fabricæ Ecclesiæ Parochialis prædictæ tenentur & sunt obliga-
„ ti: nec non aliis iuribus, ad quæ fortassis Rector ipsius Capellæ &
„ Altaris prædicti pro tempore ratione eiusdem Capellæ & Altaris ef-
„ ficaciter tenetur & obligatus existit, & quæ facere debet, semper
„ saluis. Quibus per præsentem ordinationem nostram nolumus, ne-
„ que intendimus detrahere, neque in aliquo aliquatenus derogare

„ Item pronunciamus, uolumus & ordinamus quod ipsæ partes
„ hinc inde debeant prædictas ordinationes nostras & teneantur at-
„ tente, fideliter & etiam inuiolabiliter perpetuo obseruare, quod-
„ que etiamsi futuris temporibus super præmissis ordinationibus
„ per nos factis, aut aliquam ipsarum oriatur dubium, aut oriri con-
„ tingat, interpretationem, meliorationem, emendationem & correc-
„ tionem eiusdem nobis & Successoribus Nostris Vicariis Spiritualibus
„ pro tempore, si hoc in mandatis habeant, ut nos hodie habemus
„ ex nostro superiori expresse reseruamus. In quorum omnium &
„ singulorum præmissorum euidens testimonium Sigillum Nostri Vi-
„ cariatus Officii præsentibus est appensum. Datum anno Domini
„ 1408. die 12 mensis Maji.

Anno MCCCCXXX. GUDA Filia PETRI *Aldenmuntzer* nuptura PETRO *Schmidt* de *Hoffheim* pactione formali statuit, ut post suum obitum ad Fabricam S. CHRISTOPHORI cederent in censum annu-
um

um perpetuum: duo medimni farris (zwei Malter Korn) ex bonis in *Höchst* percipiendi. Item 6. Mltr Korn *in Wallau*, ut inde *quot Sabbathis in Altari B. M. V. Missa celebraretur*; Item 6. Mltr Korn pro alenda lampade perpetua; Item ad Præsentias 1. fl. & unum pullum, unde Campanatori dabuntur 6. Solidi Hallenses. (6. Schilling Heller) Porro, si CUNNA Cognata GUDÆ obierit, alia 16. maldra Korn Guld, 36. Schilling Heller, 4. Kappen, 1. fl. 2. Hüner (quæ emoriente ante CUNNAM Fundatrice GUDA, in illam sub fidei commisso transferentur) ad eandem Parochialem Ecclesiam ultimato constituuntur.

Census HENRICI *Flemming*, de quo supra, anno MCCCCXXIII. ad minorem quotam revocatur Teste sequenti Autographo, quod Chartæ primariæ transfixum adhæsit.

Wir hernach geschreben *Endreas Drost*, *Cuntz Budunge* und *Drost Barbel* alle wohnhafftig zu *Algenheym* erkennen vns daz wir Jaers geben *sess Pont Heller* Her *Johann Schriber* Altrist sant Niclas Altar zu sant *Cristoffel* zu Mentz von etlichen Vnderpanden nach Vsswisung eyns vsiegelten Brieffs *tzehen Pont* vor Tzyden geben hat *Jeckel Drost* dem Got gnade, nu vns begnadiget hayt der ersamen Her *Johan* obgenent: vnd mit Wissen vnd Willen des Giffters des Altars, daz wir Jaers sollen geben sess Pont Heller zu St Mertens Dag von den obgenant Vnderpanden in dem alten Brieff, vnd zu merer Sicherheyt legen wir obgenente Personen vor vns vnd vnsern Erben me Vnderpande vor dye sess Pont Heller. Item ½ Morgen Wingarten in der Bunde geuor *Henselin Schalbach*, git iij Virtel Wins. Item j Virtel Wingarten in dem Affenberge, ist eigen geuor *Hen Jugelich* vnd Hans Snyder. It: i. Mor-

i. Morgen Wingarten in dem Ingelheymer geuor *Peter Decker* vnd *Merten* off der ander Syten git tzu Tzins ½ Ame Wins. It: i. Tzweyteil in dem Ockenheymer Wege geuor *Hans Schuchman* git iij. Virtel Wins. It: ½ Morgen Ackers off Gescheyt geuor *Peter Decker* ist eygen. It: ½ Morgen Ackers off Gescheyt geuor *Peter Harckes* vnden zu, oben *Peter Deckers* ist eygen. It: den Flecken off Steynheyt hat *Jeckel* vor tzyden gehabt, ist auch eyn Vnderpand &c. vnd finden sich metzins adder Beschvverniss off den Vnderpanden, geredden vvir obgeschriben vor vns vnd vnsere Erben abe tzu tragen, das der Altar obgemelt keyn Schaden habe; vnd vver iss Sach das vvir soliche sess Pont Heller Iaers nit geben tzu St Mertens Tag, so mack eyn Altrist off dye Vnderpande in dem alden Brieff vnd in dyesem Brieff vnuerscheidlichin Clage tzu *Algensheym* dry XIIII. Tage vnd offholen, als do Recht vnd Gevvonheyt ist in Crafft des alden vnd des nuwen Brieff Vnuerscheydelichin vvyl iss jme eben ist, biss so lang das Heubtgelds Schaden vssgeracht vvirt. Alle Puncten vnd Artickel des alden Brieffs vnd des nuwen sint verwilliget vnd ubergebin vnd uerboyt zu *Algensheim* vor Schultheiss vnd Schuffe mit Namen *Peter Nickel* Schultheiss, *Peter Decker*, *Hen Gier Clos Drost* der jung, *Hen Smet* Ockenheymer vnd *Lodwig* die alle Schuffen zu *Algensheym* vnd ist offgeben als Recht vnd Gevvonheyt ist zu *Algensheym*. Dess zu merer Sicherheyt han vvir obgemelten gebeten den Vesten Junckern *Hansen Wolff von Waltertheym* das er sin Ingesegel hat gedruckt vnden an diesen Brieff don henckin. Also getan han von flisslicher bede vvegen an Schaden myn vnd myner Erben geben off *Dinstag* nach Sant *Lutzigen* Tag anno Dni MCCCCLXXIII.

Domus

Domus condicta *zum Appenheimer* declaratur anno MCCCCLXXIV ex parte censitica pro quodam Altari, nempe, ut decennio post colligitur, Sti NICOLAI. Damus verba Chartæ Originariæ

Allermenlich sal vvissen, das Her *Peter Flaynheim* Zinsmeister zum Dume quam vor Richter *Hansen* von *Sorgenloch* gnant *Gensfleysch* eynen vverntlichen Richter zu Mentz, vnd hait mit sins monpars Hant *Anthoinus Komungk* eynes ledigen Gesellins von der Herren vnd der gemeynen Presentz vvegen doselbst vergifft vnd offgeben vor sie vnd ire Nachkommen *Rule Flossen* vnd sinen Erben evviclichen vnd erplichen zu haben das Huss vnd Erbe genant *zum Hamersteyn* neben dem Hoffe *zum Herbst* gegen Sant *Christofels* Kirch vbir gelegen, hinden vnd forne mit allem synen Begriff und Zugehorunge zu achtzehensten halben Schillingen vnd acht vnd zvventzig Schillingen Hellern jerlichs vnd evviges Zinses alle Jare dovon off Sant Mertinss Tag zu geben der vorgenanten Herren vnd Presentz zum Dume, vnd auch *zu sechs Hellern alle Jare davon zu geben zu Zinse eynem Altare in der obgenenten Kirchen zu St Xpofels* gelegen, nach lude des Brieffs daruber Speethinde, vnd zu keynem Zinse mee, vnd hat der vorgenant *Peter* mit des obgenant mit sins monpars Hant geborgt von der genanten Herren vnd Presentz vvegen vor sie vnd ire nachkommen diese gifft veste vnd stede zu halten vnd dem obgenant *Rulen* vnd sinen Erben des vorgeschreben Huses vnd Erbis Werschafft zu tun, biss das sie sich daruber bestedigent mit iren dryen Bennen als rechte ist. Do by vvas *Endris Elsinger* der Snyder, vnd *Hans von Ebretzberg* der ster. Datum anno Domini *Millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo* feria secunda proxima post Festum *Decollat. Sti Johannis.*

Altare S. NICOLAI novo censu anno MCCCCLXXXIV. per *Philippum Floss* ditatur, Teste sequenti autographo:

Allermenlich sal wissen, das Herre *Philips Floss* Altarist zu sanct *Ignacien* qwam fur den Ersamen *Hans* von *Sorgenloch* genant *Gensfleische* eymen werntlichen Richter zu Mentz, vnd hait vergyfft vnd offgebun fur sich und sine Erben dem Altaristen der ye zu Zyten ist jnn der Pfarkirchen zu Sant *Cristoferus* vnnd besytzt vnnd jnhait Sant *Niclais* Altare vnnd sinen Nachkommen Evviclich zu habenn vierdehalb Pfnndt Heller jerlicher vnnd evviger Widderkaufs Gulte, ffallende dieselben vierdehalb Phundt Hellern Widderkauffs Gulte dem gemelten Altaristen vnd sinen Nachkommen alle Jar jerlichen vff Sant *Johanns Tag* Ewangeliste zu Wyennachten gelegen, oder bynnen des nehsten Mondes Friste darnach vnbefangenn. Vnnd sal das erste Ziele der vorgeschriebenn Gulte zu reychen vnd zu geben angene zu Sant *Johans* Ewangelisten Tag nehst folgende nach Datum diss Brieffs. Vnnd hat der vorgenant Herre *Pfilips* fur sich vnnd sine Erben dem Altaristen vnnd Nachkommen *Sant Niclas* Altare gelegen jnn der Pfar-Kirchen zu Sant *Cristoferus*, den *Claus Bechtermontz* genant *Class* von *Obernsawlnheim* vnnd sine Erbenn zu lihen hann zu Vnderpfand verlacht vnnd jngesetzt das Huss vnnd Erbe genant *Zum Hammersteyn* gene Sant *Cristoferus* Kirchen vbir, stossinden vff eyn syte ane den Hoff vnnd Erbe *Zum Herbst* *, vnnd vff die ander an das Huss vnnd Erbe zum *Gelt-Huss* hinden vnnd forne mit allem sinem Begriffe vnd Zugehorde zu dryen Schilling Hellrn jerliches vnnd evviges Gront Zinss alle Jare furterhiene. Da vonn zu gebenn Anderwerbe zu zweyen Pfundt vnnd funff Schilling Heller auch jerlichs vnnd ewiges Zinss alle Jare auch davonn zu gebinn den Herrn vnd Presenzie jnne dem Thume

vff

vff alle Ziele vnnd Zyt als sie fallende sint, vnnd tzu keynen Zinse mee. Also wer, es Sache das dem genanten Altaristen Sant *Niclas* Altare oder sinen Nachkommen die vorgeschribenn vierdthalb Pfundt Heller jerlicher vnnd evviger Widderkauffs Gulte eynichs Jars nit entwurden vff Ziele Zyt vnnd jnmassen wie obgemelt ist, so mogent sie die vorgenanten Vnderpfande mit Gericht vnnd Recht darfur offholen, vnnd die alsdann versetzenn, verpfenden, verkeyffenn vnnd verusern vnnd ire Heuptgelt nemlich siebentzig Pfunt Hellr die erschienen Gulte die dan erschienen were, vnnd das Geriechts gelte, vvas es von Geriechts vvegenn gekost hette, darvonn nemen. Were etvvas vberig darane das solte dem genanten Hern *Philipsen* vnd sinen Erben widder werden. Ginge in aber darane abe, Also das sie yre Heupgelde erschienen Gulte vnnd Gerichts gelte nit allersamt davonn gehaben mochten ffure den Abgangk, sall vnd wille der genant Her *Philips* vnd sine Erben gut verhaft syn, vnnd den erfullen, vnnd magk man jne darfur gryffen ane yre Lipp vnnd ane jre Gut. Vnnd hait der ytzgenant Herre *Philips* gebürgt fur sich vnnd sine Erben mit sins momparts Handt *Johann Spore* Bender eyns ledigen Gesellins diese Güfft veste vnnd stede zu halten, vnnd den obgenanten Altaristen vnnd Nachkommen der vorgeschrieben vierdehalb Pfund Hellr jerlicher vnd ewiger Widderkauffs Gulte Werschafft zu thun, byss das sie sich darubir bestedigent mit jren dryen bennen als recht ist. Auch sal man wissen, das die obgemelten vierdhalb Pfunt Heller Widderkauffs Gulte abgelost sul werden an Wissen vnnd Vergengkniss der obgenanten Patronen, vnnd sall alsdann furter mit irem Wissen vnnd Willen angelacht werden. Auch sal man Wissenn, das solich vierderdehalb Phundt Heller Widderkauffs

Gulte sint gestanden uff dem Hoiff zum *Rinwaden* vnnd nü aldo angelacht sin. Auch stundt geynwortig hieby der vorgenant Herre *Philipps* vnnd emphingk dem gemelten Altare diese Gifft zu behalten, vnnd hait veriehen vnnd bekant fur sich vnnd sine Nachkommen, welche Züt oder wann die genante Her *Philips* oder sine Erben zu yne kommen oder eynem Altaristen des obgemelten Altars vnd zu den Patronen komment vnd biethent sie das sie jne die vorgemeltenn vierdthalb Phunt Heller jerlicher vnd ewiger Widderkauffs Gulte vmb siebentzig Phundt Heller mit der erschienenen Gulte, die dan erschienen were vnnd Geriechts gelte, was es von Geriechts wegen gekost hette widder darvmb abzulosen vnd abzukeyffenn gebinn, das sollint vnnd wollint sie thun an allen Jntragk vnnd Hindernifs. Doch also ferre das solich Vnderpfand nit furhienne darfur mit Geriecht vnnd Recht offgeholt vnnd verufert weren worden. Vnnd hat derselbe Herre *Philips* geburget fur sich vnd sine nachkommen Altaristen des genanten Altars mit sins Momparts Hant obgemelt. Difs Bekentnifs vnnd ablosunge veste vnnd stede zu halten. Dabey vvaz *Bartholmeus Synne*, *Hans von Schirstein* Bender vnd *Peter Nuwemeister.* Datum anno Dni *Millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto.* Sabbato proximo post festum *Conversionis Sti Pauli* Apostoli.

Anno MCCCCXCIII. Novæ circa oblationes & Lampadem ad Altare S. VALENTINI, emersere lites, quæ quomodo sublatæ fuerint, damus ex *Libro Consuetud.* ubi Fol. 51. ita notatur:

„ Dominus JOANNES *Erbenheim* eiusdem Altaris prædicti Pos-
„ sessor coram D. Vicario constitutus, petiuit adiudicari oblationem
„ Altaris sui prænominati, & frustratus est per præmissam * dis-
„ positionem „ * Vide supra ad ann. MCCCCVIII.

Præ-

„ Præterea petiuit lampadem commemoratam ſibi reſtaurari, „ quæ ceſſauit ex *graui diminutione prouentuum in oleo & cenſibus* facta, „ *in deuaſtatione Ciuitatis Moguntinæ in Vigilia Apoſtolorum Simonis &* „ *Judæ anno* 1462, prout Fabricæ Magiſtri pro tempore *Cleſgen Loer* „ & *Cloſs Flerschemmer* docuerunt, ut & illo petito fruſtraretur, iuxta „ tenorem Copiæ ſubſcriptæ.

„ WOLFF *de Bicken*, Canonicus Eccleſiæ Moguntinæ, Reve- „ rendiſſimique in Chriſto Patris & D. noſtri D. BERTHOLDI S. „ Sedis Moguntinæ Archi-Epiſcopi, Sacri R. Imp. per Germaniam „ Archi-Cancellarii ac Principis Electoris in Spiritualibus Vicarius „ Generalis.

„ Orta pridem coram nobis inter honorabilem D. JOHAN- „ NEM *Erbenheim* Altariſtam ad Altare S. VALENTINI in Eccleſia „ S. CHRISTOPHORI Moguntiæ ut Actorem ex una, & quondam „ HENRICUM *Gunther* dum vixit primum, deinde Venerabilem D. „ FLORENTIUM *Diel* de *Spira*, Artium Magiſtrum modernum „ Plebanum ac Magiſtros Fabricæ ſeu Juratos præfatæ Eccleſiæ S. CHRI- „ STOPHORI de & ſuper petitione tertiæ partis oblationum in cera, „ candelis & luminibus quibuſcunque ad Capellam ſiue Altare S. VA- „ LENTINI prædictum pro tempore prouenientium, rebuſque aliis „ in actis deductis & expreſſis & illarum occaſione ut reos ex altera „ partibus lite & quæſtionis materia Cauſaque inter prædictas partes „ coram nobis introducta,

„ Dictus D. JOHANNES animo impetendi dictos reos, quen- „ dam libellum facti & in ſcriptis exhiberi fecit & curavit: contra „ quem quidem libellum, cum pro dicta parte rea exceptum & con-

tra

„ tra exceptionem pro parte agentis in ſcriptis replicatum eſſet, tan-
„ dem die & hora infra ſcriptis, ad diſcreti Magiſtri NICOLAI *La-*
„ *picidæ* in dicta Sancta Moguntina Sede cauſarum jurati & prænc-
„ minatorum D. FLORENTII Plebani, Magiſtrorum Fabricæ & ſeu
„ Juratorum reorum principalium ad hanc cauſam legitimi Procura-
„ toris inſtantiam & petitionem, in EBERHARDI *de Grauia* in ea-
„ dem Sede cauſarum, & dicti D. JOHANNIS Actoris principalis
„ Procuratoris (de quorum hinc inde Procuratorum procurationum
„ mandatis, in actis cauſæ huiusmodi legitime conſtat) nil rationabiſis
„ in contrarium allegantis præſentiâ, viſis tamen per nos primitus &
„ diligenter inſpectis omnibus & ſingulis actis, in hac cauſa quomo-
„ dolibet habitis, eiſque debite requiſitis, habita deſuper deliberatione
„ matura, ad noſtram Sententiam ſiue Ordinationem in hac cauſa fe-
„ rendam, procedendum duximus & proceſſimus, eamque per ea,
„ quæ vidimus & cognovimus, ac de præſenti videmus & cognoſci-
„ mus, tulimus, inque Scriptis promulgauimus, in hunc qui ſequitur
„ modum:

„ De Juriſperitorum conſilio pariter & aſſenſu pronunciamus,
„ decernimus & declaramus, Venerabilem & Circumſpectum D. FLO-
„ RENTIUM *Diel â Spira* Plebanum, & Magiſtros Fabricæ ſeu Ju-
„ ratos Eccleſiæ parochialis S. CHRISTOPHORI Moguntinenſis reos,
„ ab inſtantia iudicii, & ulteriorum terminorum obſeruatione abſolu-
„ endos fore, & abſoluimus. Expenſas quoque per eoſdem & Ho-
„ norabilem D. JOANNEM *Erbenheim* Actorem, partes ſcilicet hinc
„ inde factas ex cauſis rationabilibus, ex actis huius cauſæ colligibi-
„ libus compenſandas & comenſamus.

„ Jn quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium
præ-

„ præmisſorum, præſentes noſtras Litteras exinde fieri, perque No„ tarium Noſtrum infraſcriptum publicum ſubſcribi mandauimus „ Noſtrique Officii Vicariatus Sigilli iuſſimus & fecimus appenſione „ communiri. Lecta, lata, inque ſcriptis promulgata fuit hæc Noſ„ tra præinſerta ſententia per Nos Moguntiæ in Curia Noſtra ſoli„ ta, in qua iura reddi ſolent, nobis inibi horâ meridiei duodecima „ audientiæ cauſarum conſueta, ad iura reddendum & cauſas audien„ dum pro tribunali ſedentibus, ſub anno â Natiuitate Domini 1493, „ *die* uero *Veneris*, *decima quarta* menſis *Martii*: præſentibus ibidem „ Discretis Magiſtris *Petro Staffel* & *Johanne Smick* in dicta Sede Mo„ guntina cauſarum Procuratoribus juratis, Teſtibus ad præmiſſa „ uocatis & rogatis.

„ *Matthæus Ebertus*
„ Notarius.

Anno MCCCCXCIX. *Cleſe Groſchaff* una cum Uxore *Grede* inſtituunt & coram Judicibus in *Caſtell* firmant novum cenſum duorum florenorum quot annis exſolvendorum, ut inde Antiphona *Salve Regina* in Parochiali Chriſtophoriana decantetur.

Anno MDXVI. Miſſa indies legenda inſtituitur: ita nempe Liber MS. ſæpe laudatus fol. 7. *a*.

„ Ex inſtitutione Eximii Viri Domini JOHANNIS *Bertram* ex „ *Numburg* S. Theologiæ Profeſſoris dum uiueret ordinarii Lectoris „ eiusdem Facultatis plus quam ad triginta annos, nunc ſepulti ad S. „ PETRUM extra muros Moguntinos (cuius anima requieſcat in pa„ ce) celebranda eſt *una Miſſa ſingulis diebus* in Altari otioſo, uel „ Summo, uel S. THOMÆ Apoſtoli uel alio ſecundum directionem

„ Curatoris eiusdem Ecclesiæ nostræ: ad quam adstricti sunt duo Sti-
„ pendiati, ad Studium nostrum missi ex Ciuitate *Numburgensi*, quo-
„ rum duorum quisque percipit ex Numburgensibus Stipendium tri-
„ ginta aureorum, ut aut per se, aut per alium hebdomada sua
„ sic celebret, aut celebrari faciat. Quorum alter studeat in Jure,
„ alter in Sacra Theologia. Quæ institutio sic celebrandi Missam in-
„ cepta est die 5. Pentecostes * anno 1516. Ecclesia autem nostra po-
„ nit luminaria, vestem & cætera requisita, ratione cuius habet an-
„ nuum censum *duorum Aureorum XVIII. Albotum & sex Gallinarum*
„ *in Schwalbach*; & quoties aliquo die negligens quis fuerit non dis-
„ ponens Missam suam, det Fabricæ pro pœna duos Albos.

* 26. Maji. *Paschate* in 3. April. *Pentecoste* in 22. Maji cadente.

„ Anno MDXXV. Altaristis Feriæ certæ designantur, prout notauit ex sæpedicti Libri Consuetud. Transscriptor fol. 9. *b.* hocce modo:

Anno Domini V^{c}25. ex Mandato & Commissione D. Doctoris
„ THEODORICI *Zobbels* Canonici Maioris Ecclesiæ & Vi-
„ carii in Spiritualibus, *Dominica post Martini* comparuerunt in do-
„ mo *Conradi zum Affen*, Plebanus Venerabilis Vir Dominus ANA-
„ STASIUS *Schwarz* dictus *vom Flos*, cum Doctore *Lamperto*, Do-
„ ctore *Eucbario*, Doctore *Esbach*. *Conradus zum Affen*, *Nicolaus*
„ *Schnider*, *Johan Lor*, *Johan von Gugenheim*, *Wendel Loer*, *Hen-*
„ *rich Schmidt*, *Johan Loppart* der Wirt zur *Ros* ut Jurati parochialis
„ Ecclesiæ S. CHRISTOPHORI, & ordinauerunt in præsentia om-
„ nium Altaristarum, quod quilibet legeret Feriam suam in Altari suo
„ iniungendam. Et primo Capellanus Plebani, Dominus *Plato* 3ia
„ Feria, qui possidet Altare *S. Catharinæ*, quod Plebanus pro media
„ parte confert, & duo Magistri Fabricæ aliam partem. Item Altare

Inuen-

„ *Inuentionis S. Crucis*, quod possidet Dominus *Conradus Husen* ad
„ diem 5tæ Feriæ, item Altare *Exaltationis Crucis*, quod possidet
„ *Johann Rab* de *Bemel*, Item Altare *S. Catbarinæ*, quod possidet
„ *Conradus* de *Swynheym*, *Isti prædicti sunt Capellani Plebani*, *& habent in Festiuitatibus Plebano exhibere reverentiam & obedientiam*, *induere Cappam & exuere.* Item *Joh. Hagenawe* ad diem Solis, habent conferre Magistri Fabricæ. Item *Joh. Emer* ad diem Solis,
„ habent conferre *Landeck* & *Henrich Widenhofer*, communiter iuxta fundationem. Item *Jacobus Riffenberg*, quod habent conferre *Landeck*, ad
„ diem Lunæ. Item *Altare B. Virginis*, habent conferre Magistri Fabricæ ad diem Sabathi. Item Altare S. VALENTINI ad diem
„ Lunæ, Jus Patronatus - - - - . Item Altare S. NICOLAI ad diem Veneris, Jus Patronatus - *Die Floss in oberen Busbach* - - - - &
„ Stipendium S. THOMÆ annexum in quindena Feria.

Eodem Anno MDXXV. Ratum dicitur, quo ad introitum tam Plebanus quam Altaristæ *tres aureos* solvere jubentur, statutum: prodidit id Consuetudinum Codex fol. 13. *b.* in hunc modum.

„ THEODORICUS *Zobel* utriusque Juris Doctor, Scholasticus Ecclesiæ Maguntinensis, Reuerendissimi D. D. ALBERTI Sacrosanctæ Ecclesiæ Cardinalis, Maguntinensis & Magdeburgensis Ecclesiarum Archi-Episcopi, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarii, Principis Electoris &c. Marchionis Brandenburgensis &c. in Spiritualibus Vicarius Generalis, honorabilibus Dominis Plebano & Altaristis S. CHRISTOPHORI Maguntinensibus, Præsentibus & futuris salutem in Domino.

„ Ad ea affectuose intendimus animo, quæ Ecclesiarum commodi-

„ moditatem conſpicere arbitramur. Significaſtis nuper nobis, quod
„ pro commoditate & utilitate ueſtræ Eccleſiæ, illiusque in gerendis
„ oneribus conſeruatione, prioribus ueſtris Eccleſiæ ſtatutis hactenus
„ ſeruatis, adiciendo & adiungendo quoddam aliud ſtatutum perpe-
„ tuo ſeruandum ordinaueritis, ſtatueritis & edideritis: ut puta tale,
„ quod deinceps quilibet in dicta ueſtra Eccleſia in Plebanum aut Al-
„ tariſtam recipiendus, *tres florenos auri in auro* ad communem Præ-
„ ſentiarum Ciſtam Eccleſiæ ueſtræ uſui applicandos ſoluet & contri-
„ buet; & ne huiusmodi ſtatutum ſic editum - - - - - - - tum pro
„ Eccleſiæ ueſtræ conſeruatione, auctoritate noſtra confirmare & ap-
„ probare dignaremur. Nos qui felicitati Eccleſiæ ueſtræ, ut par
„ eſt, affectamus - - - - ſupplicationibus ueſtris fauorabiliter inclina-
„ ti, habita deſuper deliberatione - - - - - - - - - dictum ſtatutum,
„ ratum gratum habentes, illud tanquam licitum - - - - - - - - ſta-
„ tutum Eccleſiæ ueſtræ hactenus firmatum, auctoritate dicti - - -
„ - - - - - - & de eius ſpeciali commiſſione deſuper facta, ad - - - -
„ - - - - - - - - - Dei in nomine per præſentes uolumus, præterea
„ - - - - - - - - huiusmodi ſtatutum inuiolabiliter obſeruare. In - - - -
„ - - - - Sigillum noſtri officii Vicariatus præſentibus duximus - - -
„ - - Anno Domini M. D. 28. die uero menſis *Auguſti* - - uiceſima.

Anno MDXXXV. Facultas juridica modum ſtatuit, qua ratione cenſus è quadraginta florenis proueniens pro eleemoſyna in pauperes in Feſto S. IUONIS quot annis ſit expendendus:

Wir Dechand und Doctores, Regentes der Juriſten Facultæt zu Mayntz bekennen und thun Kundt mit dieſem offen Brieffe, das die Wurdige Herren NICLAUS *Naſſawer* dieſer Zeit Pfarrherr zu St *Chriſtoffel* und MATTHIAS *Treffenbeutel* Pfarrherr zu

St

St *Pauls* inwendige Maintz Testamentarii und Executores des letzten Willens weilandt des Wirdigen und Hochgelehrten Herrn MICHEL *Schleiffert* von *Kitzingen* der freyen Kunst und geistlichen Rechten Doctoris, St Petri ut Alexandri Stifft zu *Aschaffenburg* Canonicken, in unser Facultet in Decretis ordinarien Professoris, unsers Mitt-Regenten, von desselben verlassnen Nahrung, uns von wegen obgemelten Facultet gereicht vnd, gegeben haben viertzig Gulden Maintzer Wehrung, ie vier vnd zwantzig Weißpfennige für ein Gulden gerechnet, also vnd dermassen das wir vnd unsere Nachkommen in berührter Facultet, diesselben zum Besten wir können ahnlegen, vnd von der Gült, so wir daruor haben werden, jehrlichs vnd eins jeden Jahrs ein Malter Mehls zu Brodt backen lassen, vnd vff den Tag, so wie das Fest des heiligen IVONIS celebriren vnd begehen, armen nothdürfftigen Leuthen vmb Gottes Willen geben sollen, vnd vvas alsdan von der Gült der obgenenten viertzig Gülden über den Kosten solchs Malter Korns übrig bleiben vvirdt, dasselbig soll einem Dechant gesachter Facultet, so zue ieder Zeit sein vvürdt, an dem Molzeit, so er zum selbigen Fest halten vvürdt, zu Steuer und gueten kommen, vvo sich aber zutragen vvürdte, das vvir beruhrte Dechant und Doctores ahn Reichung des bemelten Allmusens von der Gült der viertzig Gulden nit austheilen vvürden, vvelches doch nit sein solt, alsdan so sollen die obgedacht viertzig Gülden oder die Gult, so darum erkaufft vvorden, gefallen vnd werden dem Pfarrherr vnd Bawmeisteren der Pfarrkirchen zu Sant *Christoffel*, vvelche zu Reichung vnd Austheilung des gemelten Malter Brods, jehrlichen vff Zeit, vvie oben gemelt schuldig vnd pflichtig sein, vnd das vberentzig dem Bauw zu gut kommen lassen sollen. Dessen alles zu mehrer Sicherheit, so haben

vvir Dechant vnd Doctores obenbestimbt, diesen Brieff mit vnser Faculter anhangendes Ingesigel besieglen lassen, der geben ist vff Dienstag Sanct *Laurentzien* Tag vvelcher ist gevvesen der Zehende Tag des Monats *Augusti*, nach Christi Vnsers lieben Herren Geburth im *tausent*, *fünffhundert fünff vnd dreißigsten* Jahr.

Anno MDLXXVIII. Præfecti rei ædilis pro Urbe Moguntina, decernunt: super lite causâ stillicidii & jure altius tollendi

Wir HERMANN von *Mauchenheim* genant *Bechtolsheim* Gewaltzbott, und GERHARD *Ebersheimer* Bawmeister, beede Vervveser des Bawes der Statt Maintz, bekennen hie mit diesem Brieff, das sich in Bawsachen zwischen dem Edlen und Ehrenvesten FRIDERICHEN *von Moßbachen* Ambtmann zu *Gernsheimb* Clæger an einem gegen und vvieder die Zvvölffer der Pfarrkirchen zu St *Christoffel*, als beklagte, ahn andern Theil, belangende den *Træff*, so vom Himmel auff die Capellen ervvachst, und seinen Lauff in die Behaussunge *Rosenthal* genant, so anietzo gemelten Junckern angehörig, nehmen thut, vvelches Wassers Cläger fordere nicht zu gedulten, sondern die *Zvvölffere* auff sich zu vvenden schuldig sein sollen, dessen sich aber beklagten innhalt, und vermöge ihrer alten Brieff und Siegel, deren sich dieselbe zu Nachtheil nichts begeben haben wollent, sondern sie dabey zu schützen in Hoffnung stehen, das solchen *Træff* wie von alters in den Hoff Rosenthal zu lauffen berechtiget; desgleichen obgedachter Juncker vveiter vorgebracht, das die Zwölffer den *Gübell* etvvas höher, als er von altem gevvesen, auffgeführet, dessen sie nicht befugt in solchem zu viel gethan haben sollten, sich Irrungen und Speen erhoben, deswegen an uns obernannte vervveser des Bawes der

Statt

Statt Maintz gesunnen und gebetten deſshalben den Augenschein inzufaſſen, und sie durch einen Rechtsspruch zu entscheiden, vvelcher vvegen dan vvir benebens *Andres Wolff* Steinmetz und *Hans Rupf* Zimmermann beide geschvvorne Statt Werckmeister alhier des Orths erschienen, Clag und Antvvort angehört, und mitteinander unterredet und zu recht erkannt, das anfänglich der Juncker den vorgenanten *Træff*, vvie vor alter her gewesen, und habende Brieff und Siegel, die wir verlesen innhalten, durch Ihr Behausung zu führen schuldig seye, und so viel aber den *Steinen Gübel* anlangt, in welchem sie beklagte den Bau zu hoch geführt haben sollen, ist befunden worden, das derselbige ober der Capellen dem Juncker allein zustendig sey, und solte die Capellen, vvie anjetzo steet in seinem Werth verbleiben, und hinführo in den Gübel weither von den Kirchen-Geschworenen nichts eingebrochen werden; und letzlichen, den *Træff* so von des Junckeren Tach auff die Capellen felt, ist durch uns Bauverwesere mit ihnen den Zwölfferen in Güte gehandlet worden, das der Juncker solchen Træff in einen Bleyern Kendel macht haben soll zu faſſen, und denselben in einer bleyen Röhren in ihr der Kirchengeschwornen Röhren zu führen (doch nicht durch habende Gerechtigkeit gedeutet werden solle) gutwillig zu gelaſſen sein, und ist aus bewegenden Ursachen beiden Theilen in Kosten erkant worden. Deſſen zu wahren Urkunde so haben wir obernannte Bauverwesere unser jedlicher sein Insiegel hieran thun hangen, so beschehen *den sechs und zwantzigsten Februarii* nach Christi unsers lieben Herren und Seeligmachers Geburth, als man zalt *funffzehen hundert siebentzig und acht Jahr.*

Judi-

Judices in Spiritualibus Moguntini Anno MDCVI. pro Parocho & Juratis pronuntiant Causâ Juris Patronatus circa *secundum Beneficium* Altaris *S. Catharinæ*, prout sequitur:

Judices Sanctæ Moguntinæ Sedis. Universis & singulis ad quos præsentes nostræ Litteræ pervenerint, Salutem in Domino.

Noveritis quod orta coram nobis inter Venerabiles & Discretos, Dominum Plebanum & Magistros Fabricæ Parochialis Ecclesiæ Sti CHRISTOPHORI & Dominum ARNOLDUM *Indanum* ab iisdem ad *secundum Beneficium* Altaris S. CATHARINÆ in jam dicta Parochiali Ecclesia præsentatum Actores ex una: nec non Venerabilem D.ADAMUM *Freisbach* opponentem de & super præsentatione secundi Beneficii iam nominati Altaris partibus ex altera, lite & quæstionis materia, petitioneque articulata, per dictorum Actorum & etiam rei Procuratorem diversis vicibus nec non documentis ab utraque parte coram nobis factæ realiter & in Scriptis oblatis ac exhibitis, nos visis tandem huiusmodi partium impetitionibus omnibusque coram nobis habitis & gestis debita cum maturitate ponderatis ex officio concludentes, ad nostram Sententiam deffinitivam procedendum duximus & processimus, eamque in Scriptis tulimus & promulgavimus in hunc qui sequitur modum.

In causa beneficiali de & super Præsentatione secundi Beneficii Altaris Stæ CATHARINÆ in Ecclesia Parochiali Sti CHRISTOPHORI inter Venerabiles & Discretos Dominum Plebanum & Magistros Fabricæ dictæ Ecclesiæ uti Patronos & Dnum ARNOLDUM *Indanum* ab iis præsentatum Actores ex una, nec non Dominum ADAMUM *Freispach* à Nobili & valido CONRADO *de Walderdorff* præsentatum, opponentem partibus ex altera, visis

actis

Actis & diligenter examinatis hinc inde productis juribus & documentis, pronunciamus, decernimus & declaramus, Jus præsentandi ad hoc secundum Beneficium dicti Altaris pertinere ad Plebanum & Magistros Fabricæ, factamque ab iis præsentationem esse validam ceu legitimam, ideoque ab ipsis præsentatum Dnum ARNOLDUM *Indanum* instituendum & investiendum, ac in realem & corporalem possessionem inducendum fore & esse. &c.

Aes Campanum hujus Ecclesiæ.

Numerat hæc Parachialis Campanas quinque:

Primaria ex una parte insignita est Imagine Salvatoris Crucifixi, supra quam Literæ Arabicæ visuntur: 1596. ex alio latere exhibet *S. Christophorum* præclarè expressum; supra has Imagines in coronide legitur, Litteris latinis Romanis seu initialibus prominentibus: IN DEM NAMEN VNSERES HERN IHESV CHRISTII FLOSS ICH,CHRISTIAN KLAPPERBACH ZV MENTZ GOSS MICH. Limbum inferiorem aliquoties circumit sequens Scriptura, eodem quo supra modo profusa: ALS. M. ZALT VIENFZEHN HVNDERT NEVNZIG SECHSX IAHR DISSE ** K. IORATEN WARN IOCKOP SCHMELZ KELLER IN. S. MARTENS BVRG. IOHAN REDING ROTHSCHREIBER. BERNHART DILMAN. CHASPAR ERBES. HANS SCHORTMAN. ALBAN SCHEFFER. HANS EGELSDERFER. IOCKOP BART. HANS HVET. HENRICH EVERBACH

** Trabs &unctura obstant quo minus hic aliquæ legantur literæ.

Secundaria Scriptura Characteris vetuſtioris maioris hacce eſt inſignita: ANNO. DNI. M. CCC. LXIII. MARIA. O. (✠) CRISTOFORUS

Tertia & *quarta* carent Inſcriptionibus

Quinta quæ ad Miſſas pulſatur privatas, circa annum 1743. Coloniæ ad Rhenum fuſa fuit, quia antea ex ſciſſura ſonum amiſerat.

Nota Fruſtraneo labore inquiſivi, unde mos iſte hac in parochiali Eccleſia obtinuerit, quod ingruente nocte indies, ſi de hyeme ſit medio Nonæ, ſi de æſtate vero, horâ Nonâ, pulſatio unius Campanæ longior fiat, ſicuti in Eccleſia Parochiali ad S. *Emmeranum* horâ Octavâ? Nec enim ſine fundatione iſte pulſus in mores inductus fuerit? Multis in pagis villisque equidem par uſus eſt; at ſcimus illum à vetuſtiori ævo conſueviſſe; ut itinerantes à deviis intra tenebras noctium ſe colligere & verſus rectam ſemitam divertere poſſint. Item pulſus tales multis oppidorum locis monent cauponas eſſe claudendas; num is finis quoque Moguntinarum Campanarum ſit, nolo dicere: etenim ſi peregre venientes in viam vocandi ſunt, ut quid pulſus iſte tempore tali ſonat quo portæ urbis ſemper clauſæ? Novitii quippe privilegii eſt, quod per portam minorem extrâ divertentes erga quandam pecuniam intromittantur. Ad hæc ſi foret monitionis causâ, quod à vino civibus eſſet recedendum: cur in una Parochia pulſus iſte prior, in altera poſterior? ni velis Campanam Emeranicam pro primo, Chriſtophorianam vero pro ultimato abitûs ſigno perſonare.

Series

Series Parochorum.

Primi & antiquiores huius Parochialis Ecclesiæ Rectores omnem adhibitam diligentiam effugêre, recensentur igitur ea qua fieri potest ratione:

Subit.

1252 HERMANNUS Scholasticus S. *Petri*, & ad S. *Christophorum* Parochus veluti Elenchus Prælatorum tradit apud JOANNIS T. II. Rer. Mog. pag. 502.

Nota HERMANNUS zum *Appenheimer* dictus, ceu supra datum est, Litteras Indulgentiarum 1325. impetravit, nolumus tamen, alia ratione destituti, eundem Parochis adnumerare.

1341 JOANNES Curio ad S. *Christophorum* ab *Gerlaco* Abbate *Arnsburgico* curiam *Zum Rosengarten* in emphiteusin recepit. Vide GUDEN. Cod. Diplom. II. p. 547.

13 . . JOANNES de *Guldenberg*, ejus ceu prædecessoris defuncti mentio subit, in litteris quibus anno

1395 PETRUS de *Badenheim*, procul dubio tum Neo-Parochus, in causa & litigio super Jure Patronatus ad Capellam *S. Michaëlis* compromisit in Decanum Majorem.

1399 PHILIPPUS de *Ilversheim* locatam â Fabricæ Magistris accepit domum Campanatoris.

1408 HENRICUS de *Nuwinhauss* institit, ut in causa oblationum jus certum diceretur.

1427 HENRICUS *Affelt* inter chartas S. *Quintini*, ſupra indicatas, prodit. Videtur eſſe idem qui inter Altariſtas Quintinianos anno 1464. adhuc legitur. Et anno 1401. Altariſta huius Eccleſiæ ſupra nominatur de *Alsfeldia*.

146 . HENRICUS *Gunther* de *Höchſt* ita enim ex Libro Conſuetud. ſup. cit. fol. 8. habetur:
„ Defuncto Domino HENRICO *Guntheri* de Höchſt Feſto *S.* „ *Barbaræ* Virginis & Martyris, Plebano huius Eccleſiæ *S. Chri*„ *ſtophori* in Moguntia qui eandem Parochiam rexerat plus quam „ ad *triginta annos* (ergo ad minus præfuit huic Parochiæ *Gun*„ *therus* ab anno 1460.) „ Anno *Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo*,

1491 „ Succeſſit ei FLORENTIUS *Diel* „ (in eodem folio ad marginem adhuc ſemel notatur cum addito *De Spirâ*) „ in eodem „ Plebanatu, *ad præſentationem Domini Abbatis S. Maximini Tre*„ *uirenſis* Diœceſis: qui ſic præſentatus & proclamatus, absque „ alicuius reclamatione accipiens poſſeſſionem per Notarium Do„ mini Archi-Presbyteri Moguntini pro tempore *Juramentum præ*„ *ſtitit ad ſummum Altare* eiusdem Eccleſiæ de obedientia & re„ uerentia Domino Archi-Presbytero Moguntino exhibendis, & „ eius in hoc officio & dignitate Succeſſoribus: ec de manute„ nendis iuribus & laudabilibus conſuetudinibus eiusdem Eccleſiæ „ Parochialis ſecundum poſſe, ideoque ſubſcripta notatu digna „ conſignavit „ Hem quis Author fuerit conſcripti *libri conſuetudinem* huius Eccleſiæ? ſubit autem in ſæpe laudato libro qua Parochus ad usque finem anni 1518. Nec ſua ſingulari caruit laude, quippe in MS. quadam *Hiſtoriâ Maguntinâ* non ſine acu-

leis

leis ſcriptâ, & anno MD. ad *Bertholdum* Archi-Epiſcopum *Kl. Martii* transmiſsâ, ubi de univerſitate Mogunt. agit, dicitur: „ Sunt & in hoc felici ſtudio viri Doctiſſimi de Novalium ſiue „ modernorum Academiæ nominati, *quorum primus eſt FLOREN-* „ *TIUS Diel Spirenſis*, *curatus S. Chriſtophori*, in Eccleſia Ma- „ guntinenſi - - * *ſacræ paginæ Licentiatus*, qui in ea doctrina „ plura volumina notatu digna conſcripſit. Hic multos lacte ſuæ „ ſapientiæ enutrivit, & docuit Alumnos: ſed qui maxime pro- „ fecere hi fuere: NICOLAUS - - ** Licentiatus, *Pinguenſis*, „ Curatus in *Elvelt* & S. *Petri* Canonicus HENRICUS N. *** „ *Pingwenſis Plebanus* & Canonicus. JACOBUS *Merſteder*, EN- „ GINUS Poëta & Theologus, RULINUS Mintzenbergenſis ho- „ die *Collegii Majoris Regens*, quorum ingeniis modernorum do- „ ctrina mirum in modum crevit. „ Hactenus MS. quod exſcri- bere placuit, ut in filiis ſuis agnoſcatur Vir.

* Fortaſſe Vicarius ad Metropolitanam fuerit? ** NICOLAUS *Durckhammer* Ssæ Theol. Doctor, & anno 1500. Decanus Capituli Rhingavienſis. *** HENRICUS *Keße* Coloníenſis, Baccal. Biblic. & Format. 1499. poſtea Profeſſor Theologiæ. Confer. *Trithem. Chron. Sponheim.* ad ann. MD. & *Knodt.* Hiſtor. Uniuerſ. Mogunt. pag. 56. inter Profeſſores Theolog.

Nota Eodem fol. 8. libri Conſuetud. Sub titulo „ *Plebani huius Parochiæ* „, poſt *Florentium* notantur ſine additis annis:

15 . . „ HENRICUS *Bruſer* de *Butzbach* „

15 . . „ M. PETRUS *Schwalbach*, Mercenarius „

15 . . „ M. ANASTASIUS *Flos* „ Hujus ſupra ad annum 1525. mentio nobis obvenit, in qua dicitur ANASTASIUS *Schwartz*, *dictus zum Flos.*

15 . . „ NICOLAUS - - - „ cognomen aut legere in MS. transſcriptor non potuit, aut plane nullum pro more tum uiſitato adnotatum fuerat? vocatur autem in litteris anni 1535. NICOLAUS *Naßawer* vide ſupra.

15 . . „ M. JOANNES *Plenius* *Rüdesheimenſis.* „

1542 Erat quidam CHUNRADUS de quo ſatis mala SERARIUS Rer. Mog. in ALBERTO Cardinale. „. XVII. niſi laudatum velis, quod ſuaſu P. PETRI *Faber* S. J. ad Carthuſianos tranſierit, atque apud eosdem, ut ibi P. CANISIUS opinatur, *Coloniæ* vitam poſuerit. Unde & hic non prætermittendum laudatiſſimum hunc Patrem CANISIUM in domo Parochiali *S. Chriſtophori* prima Religioſi inſtituti ſuſcepiſſe tyrocinia. Cæterum nec minima litera hujus CONRADI in ſerie meminit, in qua, *alia* tamen *manu* ſcriptus legitur:

„1543 M. JOANNES *Stepet* *Bavarus* „

154. „ D. GREGORIUS *Namman* Artium & Philoſophiæ „ Mag. Baccalaur. Biblic. „ Item alia manus. GEORGIUS *Neumann*, vel *Nauman* debuiſſet ſcribi; vide ſupra Elenchum Plebanorum Majoris Eccleſiæ, inter quos anno 1550. recenſitus eſt. Anno 1548. Decanum Facultatis Artium agebat, ceu è Helwichianis notatum eſt in memoria Propontificum. Ad Viri commendationem volui hùc ponere Epitaphium è pariete in ingreſſu ædis

Metro-

Metropolitanæ ubi à Sacello S. GODHARDI veneris transcriptum.

Reverendissimo in Christo Patri ac Domino D. GEORGIO *Naumanno Wirtzburgensi, Episcopo Sidoniensi, Ssæ Theol. Doctori, Viro pietate, eruditione integritate ac humanitate præstanti; qui Ecclesiæ & Academiæ huius singulare decus existens, humaniora primum litterarum Studia per plures annos prælegendo, sacra deinde eloquia publice profitendo, & ad populum prædicando laudabiliter operam navans*, Anno - - *MDLI, III. Februarii * in Domino obdormivit.*

* Januar. vide supra in Plebanis Metropolitanæ.

1560 „ D. PHILIPPUS *Doliatoris* Moguntinensis, Artium & Philosophiæ Baccalaureus „ Cui quidem nullus annus adscriptus legebatur, sed quia, alia denuo, ut animadvertit Transcriptor, manu, adeoque ut videtur propriâ huius Parochi *Neumanno* subnotatus erat, Seriem Parochialem integram, & à discessu Antecessoris signandam judicavi anno 1560.

Nota qui sequuntur Plebani, ex annuo Ecclesiæ computu notati & humanitate singulari communicati sunt.

1560 WENDELINUS *Boppart* Vicarius S Petri, eo quod ansam querelis fecisset, statione anno 1577. decedere jussus fuit. Tempore quo hic curam Pastoralem tenuit intermedio, nempe

ab

ab anno 1563. ad 1577, R. R. PP. Societatis Jesu templo in Christophoriano sua sacra & Devotiones obibant.

1577 Conventus PP. Carmelitarum prope adsitus munia Pastoralia implevit, & quidem ab 1577. ad 1583. Pater. *Petrus Appelman* ab 1584. ad 1590. incluſ. *P. Joannes Mögner* ejusdem Carmeli Sacerdotes & hic *sub-Prior*, curam agebant.

1591 JOANNES *Musculus* Scholasticus Ecclesiæ *S. Joannis Amœnoburgi*, & Vicarius Moguntinus (quid nî ad templum Metropolitanum?) Hunc insecutus est

1595 LEONARDUS *Buranus* Ssæ Theol. Licent. qui anno 1601. ad *S. Emmeranum* transiit.

1601 CONRADUS *Dielen Eberstadianus* quem vide inter Plebanos S. *Quintini*. quo 1606. translatus est.

1606 JOANNES *Pachusius*, quem insecutus est:

1609 GEORGIUS FRIDERICUS *Biell.*

1611 JODOCUS *Franck.* Denuo PP. Carmelitæ post hunc Parochiam tenuêre, nempe ab

1614 P. GUINANDUS *Wenendal* Prior Carmeli Moguntini, & à

1616 ad 1627. inclusive P. PETRUS *Rifelius.*

1628 MARTINUS *Majer*, anno 1644. die 10. Aug. sponte munere cessit, & S. *Quintini* curam suscepit, vide ibi.

1644

1644 HENRICUS *Broich* Agrippinas S. Theol. Doctor, die 10. Augusti ab Ecclesiæ Juratis nominatur.

1648 NICOLAUS *Heidelberger*, ad S. Victorem Vicarius. ☋ 1665.

1655 JOANNES *Schugart*, Vicarius ad Gradus B. M. V. intravit 16. Decemb.. Tempore pestis à morbo illæsus mansit, contraxit autem exinde odia Parochianorum, unde Statione cedere jussus est.

1672 SAMUEL *Seuerling* Vicarius S. Petri & Altarista *S. Christophori*, præsentatus die 16. Martii.

1676 HERMANNUS ADOLPHUS *Wachtel* *Heiligenstadianus*. die 10. Julii nominatus. anno 1677. mense Octobri voluntarie munus posuit, quietem capturus inter Canonicos *Nordhusenses*.

1677 MARCUS *Brügeman* è Parochia *Sobernheimensi* die 13. *Octob.* votis ædilium vocatus; Erat ab anno 1671. ad 1673. Parochus in *Miltenberg*. Sponte cessit S. Christophori Parochiâ 22. Octobr. 1678. & ☋ qua Parochus in BÜRSTATT ad strata montium 1682.

1678 SEBASTIANUS *Blöchinger* *Miltenbergensis*, Ssæ Theolog. Baccal. Biblic. & Format. die 11. *Novemb.* nominatus. Cessit, favore Capituli majoris anno 1681. ad Parochiam in *Hochheim* translatus.

1681 JOANNES HENRICUS *Oberuck*, *Duderſtadianus*, è Seminario Fuldenſis Alumnus Pontificius, Ssæ Theol. Baccal. Bibl. & Form. â die ult. Octob.

1682 BERNARDUS *Broiel*, Ssæ Theol. Baccal. Biblic. & Format. Præſentatus 5. April. ꝏ 23. Octob. eod. anno.

Eod. RAYMUNDUS *Peez* Doctoratus Theolog. Candidat. & U. J. L. primo Regens Seminarii Moguntini, exin ab 1673. usque 1682. Parochus in *Miltenberg* tum â 2. Novemb. ad hanc Eccleſiam Rector. ſed eodem adhuc anno ceſſit reſignatione die 12. Decembris facta. ꝏ Canonicus S. *Petri.* 8. Auguſti. 1684.

1682 F. EDMUNDUS *Klotzen* Ord. S. Benedicti Profeſſus in *Amorbach*, Muſicus Aulicus & antea Parochus ad *S. Petrum.* Præſentatus die 14. Decembris. Muſicis cæteris ab Aulâ dimiſſis, & ipſe die 25. *Novembris* 1688. reſignavit, ad Abbatiam Profeſſionis reverſus.

1688 ELIAS REINARDUS *Gros* Inactenus Parochus in *Winckel*, & Vicarius *S. Petri.* Nominatur die 5. Decemb. Reſignat 1689. die 15. Xbris denuo in Rhingaviam ſecedens & Parochiam in *Eltvil* ſuſcipiens. Die 5. Decemb. 1701. in Decanum Capituli Ruralis electus ꝏ 1710.

1690 PETRUS *Dorn* ex Alumno Seminarii eluctatus ad usque Dignitatem Decani ad *S. Martinum Wormatiæ*, & ibidem Sigilliferi Epiſcopalis, Vir in Utroque Jure Doctor, at propter im-

mane

mane Gallorum incendium 31. Maji 1689. factum exulare compulsus, Moguntiam venit, die 15. Januar. anni suprascripti ad *S. Christophorum* Præsentatus, Consiliarius Moguntinus Ecclesiasticus. Anno 1694. die 3. Januarii pro Cathedra Metropolitana concionem probatoriam dixit, unde *Marxius* ex *Hocheim* ad Metropolitanam ipse vero *Dornius* ad *Hocheimensem* stationem ascendit die 3. *Februarii* evocatus; hinc Christophorianam ad manus Patronorum die 28. Ejusdem mensis posuit. Postquam die 14. Februarii ultimum vale pro Cathedra dixisset. Exinde ad Wormatienses reversus, ex phtysi diutina ☉ *Horchemii* prope Wormatiam 24. Januar. 1699.

1694 ENGELBERTUS *Maubege* Treuirensis, Pastor in *Rachtig* & *Zeltingen*; Js Dominica I. quadragesimæ, alii duo competentes nempe D. *Fischer* Seminarii Subregens & D. *Betz*, in duabus sequentibus Dominicis speciminis luco conciones dixerunt, sed *Maubege* commendatione Serenissimi Coadjutoris locum obtinuit, quique erat affinis archiatri ejusdem Celsissimi. Biennio tamen post die 7. Febr. hanc stationem dimisit & ad Parochiam *S. Stephani* se contulit.

1696 HENRICUS WILHELMUS Bemberg Missionarius è Fuldensibus Pontificius, nominatur die 18. Aprilis. Postea annuentibus juratis die 20. Aprilis 1705. mutationem iniit, ita ut ipse ad Parochiam *Rieneck*, inde vero huc transiret

 1705,

1705, die 5. Februarii Præsentatus JOANNES GEORGIUS *Bockreiss* Ss. Theol. D. Alumnus è Fulda Pontificius, & hactenus Parochus in *Rieneck*. Paulo tamen post aliam sortem indeptus est, nempe Parochiam cum titulo Decani in *Heidelberg ad S. Spiritum*. Unde eo anno, nempe

1708 WOLFFGANGUS *Antz* Mogonus Ssæ Theol. D. die 5. Febr. nominatus, qui demum anno 1710. die 31. Augusti resignauit & Parochiam *S. Quintini* suscepit.

1710 JOANNES MELCHIOR *Curhummel* Confluentinus de 7. Sept. nominatus est, Ssæ Theol. Baccal. Biblic. & Format. Cultûs Ecclesiastici fervens promotor & Confessarius singularis dexteritatis ☙ 1760.

1760 PETRUS *Conrad* anno 1727. in *Gausspizheim* natus, *Mannhemii* vero altus & educatus, Serenissimi Electoris Palatini Alumnus Ssæ Theol. Baccalaur. Biblic. & Formatus, Facultatis Philosophicæ Assessor.



Inscri-

Inſcriptiones quædam & Epitaphia,

Hodie plerumque exoleta, ex Helwichianis notata.

I.

In Ambone quondam ad Inſignia.

† Anno Dni MCCCCLXXXX iſt geſtorben Juncker *Franck* Her zu *Kronberg*, vf Freytag nach V. H. Uffarts Tag, dem Got gnad.

Iisdem verbis tumulus in Choro inſcriptus fuerat, ubi ſimul notandi erant hi Majores:

Cronberg	*Erbach*
Hatzfeld	*Cronberg* mit der Cron

II.

Ad Inſignia ibidem.

Anno Dni 1511. den 29. Januar. ſtarb der Veſte *Heinrich Geypel* von *Schelkröppen* dem

III.

Ad Inſignia ibidem.

Anno Dni MDLIII. die autem VII. menſis Decembris obiit Venerabilis & Eruditus Dnus, Magiſter *Hauben.*

benrisser, quondam Judex Moguntiæ sæcularis, sincerissimus, & Vi. integræ vitæ & famæ. Cuius anima in pace requiescat: qui hic sepultus iacet, & hoc monumentum sibi fieri curavit.

IV.

Extra Chorum, in medio, Inscript. tumuli.

Anno 1566. den 6. Januarii starb die Edel und Thugentsam Fraw *Anna* gebohrne von *Stockheim*, Weiland *Wilhelms* von *Müdersbach* seligen nachgelassene Wittvve: der Gott genedig und barmhertzig sein vvolle. Amen.

Majores

Stockheim.	*Carben.*
Bellersheim.	*Rüdt von Collenberg.*

V.

Sine adnotato Loco.

Im Jahr Christi 1624. obiit *Anna Juliana von Eisenberg*, gebohrne von *Schmidtberg*.

In-

Inscriptio sine Addito:

Orbiculus teneri veluti subtilis ocelli
Innumeros rerum recipit sine corpore formas,
Hæc etiam quamvis distincta colore figura:
Attamen ex illis virtutes exprimit omnes;
Omnes virtutum quia fontem ostendit amorem
Castus amor quantos sic in distinguitur annos!

Infra Chorum in Altari ad latus dextrum.

Sacra Dei non ipsa Deus, sum sculpta figura
Me cernas oculis, mente foveto Deum.

In Columna à Choro prima versus meridiem.

Euge meæ Conjunx pars dilectissima carnis
Quæ febris & partûs victa dolore jaces;
Corporis interea reliquum dum fata reposcant,
Molliter æterna luce fruare! precor.

Ad parietem versus meridiem in fine Templi.

Vana salus hominis, vanus decor, omnia vana!
Præterit, imo fugit: non fugit imo perit.

Ibidem in eodem pariete.

Gloria feminæi jacet hic celeberrima Sexûs
Elizabeth Schille, *docta, pudica, pia,*

Virginitatis honos, quæ non obiit sed abivit
Æternum Christo perfruitura suo.

In ingressu ad parietem versus Septentrionem.

Huc mihi delegi post ultima fata quiescens
Et vitæ curis Anna *soluta locum.*
Buchnerus *Genitor mihi - - - - - - -*
Insignis medica Doctor in arte fuit.
Me dulcis Coniunx, Sobolemque relicta queruntur,
Et lugent obitum, nocte dieque meum.
Ast ego, quam vixi vitam, non æstimo vitam,
Sed plenam innumeris sollicitudinibus.
Mors me perpetuæ comitata ad gaudia vitæ est,
Vita prior luctus, mors mihi uita fuit.
Corpus humo posui gelidum, cineresque sepulchro hoc
Clauduntur: verum spiritus astra tenet;
Denuo corpus idem, qui & membra priora resumet,
Et templum facient hospitiumque Dei.
Ergo graues luctus, querulasque relinquite voces
Cœlicolum si nos vita beata iuuat.



PARO-

PAROCHIA IN VDENMÜNSTER ET S. PETRI APOSTOLI.

Nota Quæ hodie in unam perſonam ab aliquo tempore conceſſa eſt bina Parochia, adhuc duplex dici debet, quamvis in ore populi non niſi una ſub nomine S. PETRI audiat: veteri quippe illi, quæ *B. M. V. in Vdenmünſter* erat Parochia, necdum ſtabiliter *Petrina* eſt adnexa, etenim per gratiam ſpecialem ultimis iis qui noſtro ævo Vdenmünſterianam curarant Rectoribus ad factas deſuper ſupplicationes *Parochia S. PETRI* ſimul collata fuit, at nonniſi cum clauſula: *Ad nutum revocabilis.*

Udenmünſterianæ Nomen & Antiquitas.

ET quoniam fundum & locum *veteris Udenmünſterianæ* nova S. PETRI Baſilica nunc occupat, ab eadem narrationem auſpicabimur.

Hæc autem ſat bene *vetus Eccleſiola*, minus autem rectè *Vndenmünſter* ab ipſo SERARIO appellatur,* multo minùs rem aſſequuntur qui eam *Oden-* vel *Ouden-Münſter* quaſi vetus Monaſterium *Ouden-* ſeu *Alten-Münſter* nominatam volunt: præterquam enim, quod Aſceterium *Bilhildinum* conſtanter id nominis habuerit, ſcimus nomen huic Parochiali, eoquòd inter Judæos ſita fuiſſet, *Judenmünſter* primitùs dictam

 eſſe

esse, quale nomen temporis demum usu (fors quia alias honoribus Deiparæ non satis cautum in voce credebatur) brevi in *Vden*- & tandem in *Oden-Münster* declinavit. Discimus ea ex tabulis ** FRIDERICI II. Imperatoris de anno MCCXIX, qui eam Ecclesiam tum temporis in jura Fratrum Ordinis Teutonici transtulit, ita inter alia habentis: „ *de habundanti quoque* Gratia nostra *Patronatum* Ecclesie *S. Marie inter* „ *Judeos in Maguntia*, quem olim *Wernherus* de *Bolanden* Dapifer, & *Philippus* Frater eius à nobis tenentes in feodo, in manibus nostris resignarunt, Hospitali predicto „ (Teutonicor.) „ duximus „ concedendum. „ Satis antiquæ autem originis eandem fuisse author celeberrimus *** insinuat: etenim dum in litteris commutationis inter ALBERTUM Moguntinum & ADELGOTUM Magdeburgensem Archi-Episcopos anno MCXII. initæ legitur: *& Ecclesia S. Marie arcisque infra muros civitatis.* Mox infra ad latus paginæ hanc notam adjecit: *Est illa quam Petrenses incolunt S. MARIÆ in Udenmünster nuncupata.*

* Rer. Mogunt. Lib. I. c. xxxi. n. V. ** apud *De* GUDEN. Cod. Dip. III. pág. 1087. Nomen tamen *Odenmunster* jam subit in Diplomate anni 1306. apud eundem Cod. Dip. IV. pag. 992. Meretur insuper attendi nota in citato Tomo Dipl. III. Authoris ita habentis: „ Cumque Rex sitam dicat *inter Judæos* probabile videtur, fuisse olim Judæorum Synagogam, diu ante FRIDERICI tempora conversam in Ædem „ Christianitatis; atque tunc Nomen *Judenmunster*, „ dempta littera I, degenerasse in *Vdenmunster*. „ ***

Cod.

Cod. Dipl. I. pag. 390. Qui demum Cod. Dipl. IV. pag. 993. subdit: „ opinamur, pio cuiusdam Germaniæ Regis „ Zelo suam debere originem „.

Jus Patronatus Vdenmunsterianæ

Ut patet primitùs fuit ex parte Regis Germanorum, tum ex jure Equitum de *BOLANDEN*: ab anno vero MCCXIX. in Ordinem Teutonicum transiit, etsi fortasse à morte Imperatoris non sine vexâ; quidni magnum illud quod ab anno MCCL. omni Germaniæ fatale emersit interregnum *Bolandianos* juris antea dimissi pœnitere fecit? Hi etenim anno MCCLVI. prælaudatis Teutonicis idipsum dudum ante à Cæsare jus datum, suo demum nomine ita addixerunt * *quod nos Jus Patronatus Ecclesie Parochialis S. MARIE dicte Vdenmunster, in Civitate Moguntina site, quod nobis competit, sive in cuius possessione vel quasi hactenus fuimus presentandi, liberaliter & propter Deum, cum voluntate Filiorum ac Heredum nostrorum, ut cesset calumpnia, que posset in posterum suboriri, conferimus Fratribus de domo Hospitalis S. MARIE Theutonicorum* &c. Quam traditionem Anno MCCXCVI. GERHARDUS Moguntinus ratam dixit ** & OTTO de *Bruesel*, Dominus de *BOLANDIA* anno MCCCVI. de novo stabilivit. *** Tandem, cum *Capitulum Petrense* in horum Teutonicorum Capellæ Aram S. MARIÆ similiter Jus Patronatûs haberet, anno MCCCXIII. de annutu PETRI Archi-Episcopi & Capituli majoris, commutatio inita fuit, ut jus in Parochialem *Odenmunster*, Petrensibus, illud verò in Altare præfatum, Ordini Teutonico tribueretur; veluti Tabulis JOANNIS prodidit **** Quo simul tempore id oneris Collegiata S. PETRI ex condicto in perpetuum suscepit: „ se quot annis *duas libras cere*, in festa B. MARTINI die, Capitulo „ majori decenter præsentaturam.

* Vide GUDEN. Cod. Dip. III. pag. 1125. ** Cod. Dip. I. pag. 893. *** Cod. Dipl. IV. pag. 992. **** Rer. Mog. T. II. pag. 481.

Antiquitas Parochiæ S. PETRI.

Hujus Parochiæ initia MS. quoddam HENRICI *Engels* ab anno 1670. ad 1674. ad *D. Petrum* Decani, ex authenticis Collegiatæ hujus chartis, ita cum ipso Collegialis instituti exordio recensentur:

„ Collegii nostri primæva origo & fundatio perantiqua sanè „ & *prorsus incognita*, nisi eam referri lubeat ad Sæculum Christi na„ti IV, quo Moguntiam THEONESTUS *Philippensis* Urbis Epis„copus cum S. ALBANO sociisque duobus aliis fidem Christi Præ„dicaturus veniens, Vrbe eiectus, perforatæ naui cum binis sociis „ impositus, Rheni fluctibus, quos tamen euasit, submergendus. „ Inter hos ALBANUS post dura cum Arianis certamina capitis ab„scissione, martyrii palmâ glorificatur.

„ Horum Martyrum memoriam ut majores posteris insigni ali„quo monumento signarent, inprimis S. ALBANI sepulturæ locum, „ quem ipse sibi caput propriis manibus ferendo elegerat, superædi„ficatâ Basilicâ honorarunt. *.

„ Ne vero tanti discipuli, Magistri & Doctoris, sociorumque „ memoria nepotibus celaretur, in ipso S. ALBANI passionis loco: „ S. THEONESTO sociisque Martyribus Ecclesiam exstruxerunt, „ eorumque honori in eadem, Congregationem Clericorum funda„runt, *quæ simul etiam fuit Parochialis Villanorum in Mombach,* „ *in qua & iis Sacramenta administrata, & sepulturæ locus attributus.*

Qui

„ Qui locus cum ſucceſſu temporis ob inundationem Rheni,
„ aliasque temporum iniurias, tum obnoxius valetudini & graues ali-
„ as incommoditates habitantibus ibidem inferret, Reverendiſſimus
„ & Illuſtriſſimus Princeps FRIDERICUS Archiep. Mogunt. XIII.
„ Dux Lotharingiæ, Congregationem iſtam (ſic noſtra habent MS.)
„ ex præfato loco in ſuburbium ciuitatis tranſtulit, & Eccleſiâm no-
„ vam, de propriis ſumptibus conſtruxit, quam tempore *Ingelhei-*
„ *menſis Concilii* A. 948, cui ipſe cum 30. Epiſcopis interfuit, præ-
„ ſentibus haud dubie venerandis prædictis Patribus dedicavit, *ſacris*
„ *BARTHOLOMÆI feriis.* Ad inſtaurationem vero cultus divini,
„ Canonicos Viginti, uno numero in ipſa Deo & B. PETRO ſer-
„ vituros ordinavit, - - - - - Quibus laudabiliter fundatis, *locus*
„ *primævus* deſeri cœpit â noſtris, & frequentari â Villanis *Momba-*
„ *cenſibus* Dominicis & Feſtis diebus, ubi & divinis intererant, Sa-
„ cramentorumque adminiſtratione gaudebant, quousque etiam *Pa-*
„ *rochia hæc ad matricem S. PETRI translata*, ubi & fons Baptismalis
„ conſtitutus, cæteraque Eccleſiæ Sacramenta communicata. Sed
„ quæ temporum eſt viciſſitudo: poſtmodum villanis ob loci diſtan-
„ tiam, & animarum periculum, in propriâ Capellâ, quam olim
„ vir religioſus per labores & eleemoſynas honori S. NICOLAI con-
„ ſtruxerat, diuina audire, & Sacramentis participari â capitulo no-
„ ſtro indultum **. Ne tamen primævus locus S. THEONESTO
„ ſociisque Martyribus ſacer, divinis officiis vacuus & indotatus fo-
„ ret: JOANNES Cantor *S. Petri* ordinavit in ſuo teſtamento, ut
„ unus Vicariorum ſuorum., videlicet ille, qui bona in *Weisbaden*
„ poſſideret, Miſſam quotidie in S. THEONESTO diceret, & præ-
„ ter hoc Capitulum omni feriâ ſextâ ſacrum alternatim ſervandum
„ ab omnibus Eccleſiæ membris ordinavit.

* Crisi quadam hanc narrationem illustrat *Papebrochius* relatus à JOANNIDE T. II. Rer. Mogunt. pag. 24. & seq.
**. Id contigit anno 1500. Conferatur WÜRDTWEIN Diœcesis Mogunt. Commentat. I. pag. 18.

Itaque quæ S. PETRI Parochia dicitur: fuit primitus à S. THEONESTO ; *** Tum demum à S. PETRO intitulata. Quo autem præcise tempore etiam à Parocho Theonestinum Templum relictum fuerit, an mox is cum Canonicis ad *Petrense* se receperit ? non est pronum dicere ; Id habemus : quod anno MCCCIII. ARNOLDUS Vicarius in Ecclesia Moguntina id est Metropolitana, ad Capellam S. THEONESTI instituerit annua quatuor maldra siliginis danda „ uni Persone in dicta capella morature, per Decanum „ & Scholasticum „ (Ecclesiæ Petrensis) „ statuende ibidem ad con„ servandam munditiam loco & ad procurandum ignem & aquam, „ ut possint, cum Missa ibidem dicenda fuerit, inveniri. „ Unde manifestum est nullum tum Parochum ibidem ulterius resedisse. Quin & ipsam *Petrensem*, ad quam Curio habitabat, *Theodoricus* in diplomate (quo circa annum MCCCCXLIII. Vicaria quædam **** huic Plebanatui unita fuit) ***** dicit : *Ecclesiam ipsam in solitudine positam*.

Interim notanda duximus ea, queis S. Petri Decanus *Engels* in descriptione Collegiatæ Petrensis (qualem ipsemet ante motus Suecicos inhabitavit) ita scribit : „ Hinc cernere licuit ante turbas bellicas „ ædi primariæ vicinum *Monasterium S. LAURENTII* Ordinis S. „ *Francisci* Virginum *de tertia Regula*. Hæ ad placitum Dominorum „ receptæ & admissæ, *Parochum S. Petri habentes in Spiritualibus Rec*„ *torem ;* Congregatio ista superiori sæculo desiit, Belli Brandebur-

gici,

„ gici, credo, turbine. Domus habitationis erat Capellæ contigua, „ non ampla nimis, sed necessitati serviens, quæ una cum Ecclesia „ hodie tectis â Suecico marte primùm denudata, remanentibus pa- „ rietinis. Ipsa Capella alias satis elegans, tribus condecorata Altari- „ bus &c &c. „ Secundo loco ponimus Sacellum S. CYRIACI & „ JULIANÆ titulis celebre meridiem versus ad ingressum Cœmeterii. „ Hoc, una cum Matrice Ecclesia Suecorum barbaram devastationem „ persentiit, remanentibus hodie parietinis. Fuerunt ibidem ut hodie „ cernimus tria Altaria, ternis etiam Beneficiis celebria. *Primum* „ *Cyriaci & Julianæ*. *Dextrum* *S. Petronellæ* Virginis „ *S. Petri* Apostoli Filiæ. *Sinistrum* *Ss. Cosmæ & Damia-* „ *ni*. Hic loci *Baptisterium* *cernitur proprium Villanorum in* „ *Mombach, quorum proles salutaribus aquis abluebantur.* „

*** Hujus tam veteris Ecclesiæ cum hodie nulla vestigia su-persint, paucis adhuc meminisse haud ingratum erit; de eâ itaque sæpe laudatus Decanus *Engels*, hisce in MS. „ Variis titulis eius- „ dem loci Ecclesia in MS. insignitur: *Conuentualis Eccle-* „ *sia, Monasterium S. Theonesti*. Celebris olim ob solen- „ nes ad eam Stationes, cum tota Cleri congregatio populusque „ Moguntinus, magna Religione cum Crucibus & Reliquiis huc „ feria quarta Rogationum supplicatum venit, leo ibat ex *S. Pe-* „ *tro* frequens processio, annuo scilicet Dedicationis Festo, quod „ erat Dominica *Quasi modo geniti*, Feriis secundis post Dominicas „ *Misericordias Domini* & *Salus populi*, quando ex recepta morum con- „ suetudine *Jejunium Bannitum* occurrit, de quo Jejunio MS Missale „ Ecclesiæ nostræ: *Feria secunda & quarta post* *Misericordias* „ *Domini & Salus populi* *JEJUNIUM BANNITUM*, *hoc*

est

„ *est abstinentia carnium*, *&* *Feria sexta Jejunium per Diœcesin Ma*-
„ *guntinam observatur*, *quod ad Dei Bannum seu pœnam iramque aver*-
„ *tendam susceptum fuit*, *quod se BANNO divino dignos agnoscebant*.
„ †. Loci celebritatem ex hoc colligere licet, quod Majorum pie-
„ tas huc venire solita sit festis maxime Paschalibus â prandio, ad
„ Emauntinorum Discipulorum, quos, ut eo tempore Christum
„ haberent itineris comitem dignatus est Dominus *Lucæ* 24, imita-
„ tionem, unde *Emaus* vocabatur, nisi forte â corrupto Germa-
„ nico nomine, vox ea extitit, dum vulgo diceretur *S. Thenaus*.
„ Sed quia solitarium locoque amœno erat, eo Superioribus an-
„ nis, quibus refrixit charitas, exarsit vanitas & libido, abuti
„ cepit hominum quorundam nequitia & impuritas, ita
„ ut illud solo funditus æquandum censuerit prudentissimus
„ gravissimusque piæ memoriæ Archi-Episcopus DANIEL.
„ Fuit Capellæ præter cœmiterium contiguum, domus, quam
„ Campanator inhabitavit, qui vulgariter *Lulbardus* dicebatur,
„ hic vigore juramenti sui, quod hodie extat, ad inhabitan-
„ dum eam & singulis noctibus in ea dormiendum, & vine-
„ am suam ibidem in debita culturâ servandum tenebatur.

† Ob plagam abortûs frequentioris inter homines & animalia istud jejunium occœptum fuisse jam notavit ex documentis Parochiæ *S. Christophori* SERAR. l. I. rer. Mog. cap. XXXII.

**** *S. Clementis* Papæ & Martyris honori dicatam, de qua idem Decanus „ Erat Sacellum S. CLEMENTIS in via versus „ *S. Theonestum*, quod dudum intercidit. „ Et alibi: „ Ejus- „ dem Capellæ Beneficium incorporatum *Parochiæ* fuit, unde

Paro-

„ Parochus, S. CLEMENTIS etiam Vicarius dicitur. „ *****
En tabulas: THEODORICUS Dei gratia sancte Maguntine sedis Archi-Episcopus, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, honorabili PETRO de *Udenheim* Decano Ecclesie nostre Maguntinensis in Christo nobis deuoto sincere dilecto salutem in Domino, & sinceram caritatem. Quia sollicitudo nostra deposcit Pastoralis officii ut circa statum Ecclesiarum & Ecclesiasticorum Beneficiorum & presertim animarum curam habentium prospere dirigendum curis vigilibus & studiis salubriter intendamus: Exhibita siquidem nobis pro parte honorabilium Dominorum Decani & Capituli Ecclesiæ *S. Petri* extra muros Maguntinenses deuotorum nobis in Christo dilectorum petitio continebat, quod licet *Plebanus* dicte Ecclesie S. PETRI pro tempore existens, ratione Plebanatûs, cui etiam officium Campanatoris in eadem est annexum, apud Ecclesiam ipsam in solitudine sitam, personaliter residere ac diversa in eadem Ecclesia & extra tam in divinis quam etiam extra exercitium curæ Parochianorum eiusdem, qui in villa *Mombach* Parochie dicte Ecclesie subjecta pro majori parte consistunt, labores & onera perferre habeat, qui tamen fructus, reditus & prouentus Plebano hactenus assignari soliti pro tantorum laborum & onerum supportatione non bene videntur sufficere, pauci ad regimen dicti Plebanatus eatenus potuerint reperiri, unde Reverendissimus in Christo Pater & Dominus JULIANUS tituli *S. Sabine* Presbiter Cardinalis, tunc in his partibus Apostolice Sedis Legatus prona pietate permotus Decano & Capitulo predictorum per suas litteras inter alia, ut alicui ex perpetuis Vicariis dicte Ecclesie curam Plebanatus & Parochianorum predictorum committere aliaque circa hec & in eis necessaria & utilia disponere & ordinare

potuerint, auctoritate legationis sibi commisse gratiose concessit, confirmatione Sacri Basileensis Concilii desuper subsecuta. Cum autem sicuti eadem petitio subiungebat Decanus & Capitulum predicti prospicientes premissa, quod quandoque vix aliquis ex Vicariis dicte Ecclesie ad hoc idoneus reperiri poterit, qui Plebanatum huiusmodi sub assignata portione regere atque recipere vellet, propterea concessioni ipsius Domini Legati & confirmationi prædicte innitendo, unam ex Vicariis dicte Ecclesie ad eorum collationem & dispositionem commodam communiter pertinentem, Plebano predicto assignare decreuerint, & ordinauerint, ita, quod sic assignata Vicaria Plebanatui predicto perpetuo annexa permaneat ac Plebanus pro tempore existens illas insimul retinere & regere ac quoties in exercitio officii seu cura Parochianorum Plebanatus & Ecclesie negotiis predictorum sine fraude fuerit, presentias perinde ac si in Choro presens esset, percipere & habere, ipseque Plebanus sit etiam Vicarius existens pro nutu nihilominus, ut prius, poni - - possit & debeat. Pro parte Decani & Capituli predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut premissis per eos tam attente factis pro eorum subsistentia firmiori etiam robur nostre Ordinarie Confirmationis adiicere & Vicariam huiusmodi dicto Plebanatui incorporare & annectere, aliasque in premissis prone providere dignaremur; Nos igitur de premissis certam notitiam non habentes huiusmodi supplicationibus inclinati certum spe - - - - de qua in his & aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus per hec Scripta immittimus & mandamus, quatenus vocatis qui fuerint euocandi de premissis & eorum circumstantiis uniuersis Auctoritate nostra diligenter informes, & si per informationem huiusmodi ea vera utilia & rationabilia

esse

esse repereris, assignationem, ordinationem, aliaque premissa eadem auctoritate approbes atque confirmes, & nihilominus unam ex perpetuis Vicariis dicte Ecclesie ad collationem & dispositionem Decani & Capituli predictorum communiter pertinere, quam per cessum vel decessum illam obtinentis vacare contigerit; ipsique Decanus & Capitulum ad id elegerint, dicto Plebanatui auctoritate prefata incorpores, unias & annectas, ita, quod Plebanus pro tempore existens possessionem Vicarie corporalem sic unite - - - - - & pertinentiarum eiusdem libere apprehendere, eiusque fructus, reditus, & proventus ac etiam quoties in exercitio & negotiis, ut premittitur fuerit, presentias percipere & habere possit & debeat, omniaque alia & singula in premissis & circa ea utilia & necessaria statuas & ordines, faciens - - firmiter & inviolabiliter obseruari auctoritate memorata, contradictores per censuram Ecclesiasticam eadem auctoritate compescendo, prouiso quod Vicaria per te sic unienda debitis propterea non fraudetur obsequiis, sed eius congrue supportentur onera debita & consueta. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum *Aschaffenburg* die vigesima quarta mensis *Februarii* Anno Domini *millesimo* - - - - - - - - .

Cæterum *Parochus Petrensis* curam gessit *Mombacensium* & eorum, qui intra immunitatem *S. Petri* degebant; vix tamen omnes eiusdem immunitatis cives Parochianos habuerit? alias *Vdenmünsterianæ*, licet veteris Ecclesiæ, parochialitas, nimis angustis limitibus arctata fuisset; prout his patet; qui terminos Parochiarum S. CHRISTOPHORI & S. EMMERANI attenderint, & simul legerint quousque se olim extendit

Emunitas S. Petri intra extraque civitatem designata;

Zum ersten in der Stat zu *Mentze* hebet an die *Montad* des vorigen gemelten Stieffres Sant *Peters*; an dem *Molntborne*, darinne die Porte zu muret ist, unde zichet die Gasse henuf vor dem *Rabennoller*, unde furter an die *Mitternacht* die Gasse henofs umbe Sant *Claren*, auch inne uns Mondalt gelegen; furter von Sant Claren hennoff umbe *Paüels Hus* genant zum *Langen Hofe*, unde furter von *Pauels Husse* uffen vor dem Husen zum *Engendorlin* genant *Hene*, unde furter bis uf den *Luseborne*, * unde von dem *Luseborne* durche das cleyne Geffichen, unde die andere Gasse us bis *Anzen lysen* nuwen Husere, und zichet furter hinder den *Krumphusen* oder die *Bleyche* neben dem Garten genant *der Grael*, der etvvan gevvesen ist des alden Schultheisen von *Oppenheim* glich zu dem *Judentborne* der da steht inwendig des *Graels*, denselben Thorn nun man nennt den *Roden Thorne* und furter von dem Roden Thorne hennabe die Muren bis an den *Alden Thorne* by dem *Grindes Thorne*, vnde furter hennof bis wieder an den *Maln Thorne*, unde vvaz inne dem Umbgange diese Bezeichunge gelegen ist zu der rechten Hand; es sie Husen, Eckere, Wiesen, Wingarten, und ist alles gelegen in uns Mandt. Inne dieser vorgeschriebener Mandt sin gelegen etliche Huser, Erbe und Eckere die gewest sin von *Balanden* und *Hornfels*, und anderen Edelen Herren und Luden, von der solche Güter an den vorgemelten unser Stiefft mit allen yren Friheiten und Rechten kommen sin; daruber unser Stiefft unsere Furfaren und ire Richtere von irenvvegen zu Erben zu enterben und zu richten hatten, als vvir und unser Stiefft auch noch han solten, von Rechte, daruber

auch

auch viel Brieffe von unser Stiefftes Richter geben sin, die von Closter Stiefften unde Burgen sin sollen, das vvir doch mit unrechter Gevvalt sere entvvilligt sin vvorden von den ** von *Mentze*, und von den Werntlichen Richtern daselbst; unde vvie vvol unser Furfarren und auch for Zyten vnser Richter des vvie vor gerurt ist in besesse gevvest sin, so han die von Mentze doch als viel darinne getragen, das vvir nach gelegen der Zit unseres Rechten zu diesem mahl nicht vvole gebruchen mogen.

Zum ersten habet an die Apmten † des Stiefftes zu Sant *Peter* usvvendig der Statt an dem vorgenanten *Rodentborne* und ziehet uber den Graben eyn vvenig uffvvortes an den grosen Margenstein der da stehet an einem Acker den vns presentie innehat, und furter von dem Stein forh schlecht henabe bis off den nechsten Weeg und furter Snuerschlecht durch den Flurgraben umbe vnser eygen Æckere gelegen hinder uber dem Graben bis an einen Margenstein glich furt schlecht bis an vnsers Closters Stucke, und off der *Gesellen Wegen*, und furter der *Gesellen Weg* hinabe bis off den *Rappelsweg*, und der *Rappelsweg* furter hinabe bis off das *Bruche*, und das Bruche glich abehene umbe *Antze lysen* Hus in vnser Mantad gelegen, bis off die Freyheit, die man von Alder genant *Sant Peder Freyheit*, und an die Marcke zu *Monbach*, vnd von derselben Marcken zu Lande den *Ryne* heruff bis an die *Schwartzbach*, ***, und furter in den *Ryne*, und uber den *Ryne* mit den Auwen der Dutschen Herren, der *Humelscher*, und vnser Auwe genant sant *Peters Auwe* da inne gelegen, und dem Ryne vvider heroff bis an die *Molentborne* da die Porte zu geneiwet ist, und vvas darin begriffen ist von Ackeren, Erbe, Wiesen, Weyden, Wegen, Wasseren und Auwen gehort alles in Sant *Peters* Mantad &c, &c.

* *Laus-*

* *Lausbronnen*, fons proximus plateæ Judæorum. ** Id est civibus Sæculo XV. in Clerum audacibus † verba Autographi. *** Rivus ad finem campi hortorum subtus pontem lapideum Rheno adcurrens.

Crediderim Parochialitatem S. PETRI præter *Mombacenses* in eos, qui foras urbem, uti *Udenmünsterianæ* in illos, qui intra Moguntiam, immunitatem S. PETRI incolebant, se se extendisse: demumque ab anno 1619. (quidni prius? etenim teste JOANNIDE ab anno 1588. Ecclesia Petrensis ad usque 1592. clausa fuerat) quo Canonici in Templum *Udenmünsterianum* immigrarunt, Parochum S. PETRI solummodo domibus Canonicorum Vicariorumque Sacramentis functionibusque pastoralibus providisse; inde dictus *Parochus Dominorum*, veluti Necrologium Udenmunsterianum ad annum 1697. hisce manu NICOLAI *Hermes* scriptis refert: „ 16. *Octobris* sepelivit *Elisabetham* „ *Kaylin* R. D. *parochus Dominorum* HENRICUS *Barz* Cognatam „ & Patrinam meam omnibus Sacramentis munitam. „ Termini autem Parochiæ *Udenmünster* fuerunt & usque nunc sunt ferme prorsus iidem, quibus *Emunitas S. Petri* superius descripta fuit; usque dum cum moderno Sæculo Parochia *S. Petri* cum *Udenmünsteriana* in unam quandoque personam transfusa sit, Decano tamen S. PETRI ob Jus patronatus antiquum, speciali nominatione, præter eam quæ illi cum Capitulo pro constituendo *Udenmünsteriano* Plebano communis est, Parochum S. *Petri* instituente.

Quamvis autem anno 1749. B. M. V. in *Udenmünster* Ecclesia, eoquod ruinam minitaretur, dejecta: re & nomine prorsus evanuerit, nisi quod in picturis parietinis moderni Petrini Templi servata sit atque nova sumptuosissimo & spectatissimo opere in honorem S.

PETRI,

PETRI, 2. Maji anno 1756. solenni pompâ dedicata locum nunc occupet, nomen tamen *Uden*- vel *Oden*-*Münsterianæ Parochiæ* in tabulis quotidie alternantium precum Calendarii Moguntini hodie adhuc in memoriam veteris juris meritò retinetur.

Restat ut ad plenius dignoscendum veterem statum Parochiæ S. *Petri* ex MS. Decani *Engels* huc transcribamus quædam de officio quondam *Custodis* ad S. Petrum; ita autem habet: „ *Custodia* officium curatum reputata fuit, cui cura Parochianorum ipsius Ecclesiæ „ S. PETRI, quæ & Parochialis est, per illius *Plebanum ad nutum* „ *Custodis* eiusdem Ecclesiæ pro tempore existentis *ponibilem & amouibilem* exerceri solita, est annexa. HENRICUS *Ernfels* Apostolicæ Sedis Notarius & Præpositus S. *Petri* transtulit collationem „ Custodiæ & quarumcunque aliarum Parochialium Ecclesiarum, Capellarum & Beneficiorum ad Præpositum pro tempore existentem, „ spectantium, in Decanum & Capitulum, & in recompensam habet „ collationem unius Canonicatus, cuius possessor in summis Festiuitatibus tenebitur Preposito cappam induere & exuere, aut per „ alium sibi indui & exui facere, idque in sua receptione primæua „ inter alia jurare debet. „ Translatio autem Custodiæ facta est anno 1436. ceu Tabulis si opus foret docere possemus. Confirmatio altero anno subsecuta est, etenim ut idem *Engels* alibi notavit: „ „ BERTHOLDUS *de Sobernheim* „ (condictus *Cantrifusoris* tum adhuc *S. Petri* Decanus, postea Præpositus) „ interfuit Concilio Basileensi. Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis Custodiam Capitulo incorporauit, ob sinistras temporum conditiones, annorum „ sterilitates insolitas, fructuum decrescentias crebras, varia alia incommoda, vt posteris temporibus primo Capitulum Plebanum „ constituat congrua prouisione ipsi assignata & cuidam ex Canonicis

„ cis similiter, qui Custodis gerat officium, de quo Bulla. „ Bullam autem dedit JULIANUS Tit. S. *Sabinæ* S. R. E. Presbiter Cardinalis *Basileæ* Kalend. Febr. MCCCCXXXVII.

Varia circa utramque Parochiam notabilia.

Anno MCCCVI. Datis XIII. Kalend. Julii LUDOVICUS Ecclesiæ S. *Petri* Decanus & Parochus in *Vdenmünster* dotavit Capellam S. CATHARINÆ sitam in Cœmeterio „ S. *Marie* in *Vdenmünster* Confer. JOANN. T. II. Rer. Mog. pag. 496.

Hæc Capella diruta est circa annum MDXC. jussibus WOLFFGANGI Archi-Episcopi: nam ut *Engels* in MS. habet: „ Præ„ fatus Princeps ut augustiorem aulæ suæ introitum & exitum „ in urbem sibi posterisque prepararet, spatium illud retro Eccle„ siam B. V. Vdenmunster, utrobique muro cinctum cœmiterio „ eiusdem Ecclesiæ ademit, cum olim hic & alibi pateret commu„ nis via per Cœmiterium, ibidemque domo parochiali & campa„ natoria vna cum *Sacello* S. CATHARINÆ supra Offorio sito di„ rutis, *domum Victoriam* (hodie *das Bandhauß*) super exstruxit. „ Ipsum vero Beneficium ad Altare Ss. Apostolorum, quod dedicatum erat in honore *S. Andreæ* Apostoli & S. CATHARINÆ & *B. M. Mariæ Magdalenæ* in Templum Vdenmünsterianum translatum fuit. Etenim ibi ad sinistram, super imaginem Cœnæ Dominicæ legebatur: *Wolffgangus D. G. Archi-Episcopus Moguntinus, Princeps Elector &c. T. Anno* MDXCI. In Tabula autem parieti ad dexteram appositæ prout sequitur:

D. O.

D. O. M.

Reverendissimus in Christo Pater & Illustrissimus Dominus Dnus WOLFFGANGUS *Archi-Episcopus Mog. Princeps Elector, Altare S. Catharinæ Virginis & Martyris super Ossorio fundatum, cum iuribus & pertinentiis suis ad hanc aram transtulit. Dedicatum die Conceptionis B. M. Virginis Anno Dni* MDXCI. *Ponti.* XImo.

Anno MCCCXX. Census *Octo solidorum* emitur ab HENRICO *Kappus* super domo *zum Kraull*, unde Missa quædam in *Vdenmünster* constituta peragatur, testibus litteris in Archivio prostantibus.

Anno MCCCCXLIII. teste Registro inventarii unita est Vicaria S. CLEMENTIS Petrinæ Parochiæ seu supra tabulis dedimus.

Circa hæc tempora aliquod *sacrum ad auroram* institutum est in Ecclesia Vdenmünsterianâ, teste quæ quondam extitit ad maiorem aram Tabellâ, in Registris Collegiatæ etiam descriptâ & ita habente: „ Ego BERTOLDUS de *Sobernheim* Prepositus Ecclesie *S. Petri* „ extra muros Moguntinos pro salute anime mee & omnium Paren- „ tum meorum, volo, quod in *Parochiali Ecclesia Odenmonster* insti- „ tuatur perpetua *Missa* per Dominos S. PETRI & Vicarios de ma- „ ne *in ortu diei* per se vel per honestum Presbyterum etiam religio- „ sum singulis diebus legenda & celebranda. Ita tamen, quod in „ quadragesima & in aliis temporibus, quibus similis Missa de mane

„ in Ecclesia *S. Petri* consuevit celebrari, postquam illa finita fuerit, „ & non ante Missa mei nomine in dicta Parochiali Ecclesia instituta „ celebretur. Pro qua quidem Missa sic instituta sexingentos flore- „ nos auri pro redditibus emendis lego & assigno, de quibus cele- „ brans duos solidos pro qualibet vice habeat, & quicquid super ex- „ tat in luminaribus & pro salario Campanatoris dicte Parochialis Ec- „ clesie vel alterius ministri dictam Missam cum pulsu campane ma- „ ioris & deinde compulsando, ac ad Altare respicientis duas libras „ hall. annuatim habeat, per Camerarium Dominorum S. PETRI „ assignetur & distribuatur.

„ Item ad hanc Missam lego etiam omnia ornamenta mea, qui- „ bus in Missis huc usque vsus fui: videlicet librum Missalem, no- „ uas casulas cum requisitis suis. Item calicem meum cum pathena „ deauratum intra & extra, habentes in pondere alteram dimidiam „ marcam cum duabus & dimidia unciis: qui si bonus non fuerit, „ vel ad ministerium Misse aptus, ante omnia melioretur de pensio- „ nibus meis. Volo insuper, quod Sacerdos Missam huiusmodi ce- „ lebrans semper adiunget Collectam: *Omnipotens sempiterne Deus,* „ *qui viuorum.* Et post Missam Sacerdos Missam legens, in Altari „ dicat Psal. *Miserere mei Deus. Requiem eternam. Kyrie eleison,* „ *Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. A porta* „ *inferi. Requiem eternam. Domine Exaudi. Dominus vobiscum.* „ Oremus: *Omnipotens sempiterne Deus cui nunquam sine spe. Deus* „ *venie largitor. Fidelium Deus.* Deinde aspergat populum aqua „ benedicta.

Anno MCCCCLVII, quia *redditus & prouentus Parochialis Eccle-sie Beate Marie in Odenmunster Maguntie propter sini-*

stras

ſtras temporum & hominum conditiones plurimum attenuati, adeo exiles effecti & diminuti exiſtunt, quod vix ad unius marce argenti puri, etiam computatis & incluſis oblationibus quotidianis aſcendunt, ac dietim, deuotione fidelium tepeſcente, attenuari formidentur, raro & difficulter aliquis reperitur, qui regimen ipſius Eccleſie & illius Parochianorum curam velit acceptare: auctoritate *Calliſti III.* Papæ Vicaria *S. Petri* ad ſummum Altare Collegiatæ inſtituta, perpetuo Parochiæ Vdenmunſterianæ ad preces Capituli contribuitur datis *Romæ* ſeptimâ *Auguſti.*

Anno MCCCCLXXXIX. HENRICUS von *Born* præter ſeptimum & trigeſimum ſibi conſtitutum, augmentat præſentias pro Miſſa in feſtis B. M. V. in ſacello haberi ſolita.

Anno MCCCCXC. „ Venerabiles Viri Domini Decanus & Ca„ pitulum predicte Eccleſie *S. Petri* fecerunt conuentionem cum ho„ norabili Dno PETRO *Welber* Plebano dicte Eccleſie in *Odenmun*„ *ſter* nomine fabrice eiusdem Eccleſie in *Odenmunſter*, quod fabrica „ eius Eccleſie in *Odenmunſter* dabit candelas & luminaria tempore „ hyemis, & aliis temporibus pro ſupradicta Miſsâ „ (ſcilicet â *Bertholdo* Præpoſito inſtitutâ) „ legenda neceſſaria; in recompenſam „ vero earundem candelarum & luminarium, Magiſtri ciſte Eccle„ ſie *S. Petri* dabunt fabrice *Odenmunſter* ſingulis annis vnum flore„ num cum dimidio in moneta.

Anno MCCCCXCVIII. Conſtituitur I. florenus auri annuus, ut Parochus ſemel in hebdomada unam Miſſam in cantu de B. V. peragat.

Quidam ex parvo pergameo Regiſtro ſex ſolidorum de Cenſibus cedentibus ad fabricam Eccleſiæ *B. M. in Odenmunſter*, ſequentia ſine ta-

tamen anno factæ institutionis adnotavit: „ Item PEDER *Genge* „ hatt ein evvig Licht vnde besatz vor ünse Herres Lichamen in „ der Parre zu *Vdemmunstere* Unterphande gelacht einen Morgen Lan- „ des gelegen off dem *Hoben Sande*, und stosset off dem *Crutzweg*, „ und oben zu off Sant *Dyenestis Weg*, des hatt man einen besiegel- „ te Brieff mit des Stifftis Inges zu Sante Peter. Item zu Sant Mar- „ tins Tag und zu Weyhnachten XXX. Pundt, gebet *Henne Sny-* „ *ders* Magd. Item - - der Gertner *Clein Elsen* Son und *Nese* sin „ Husfrawe hat gemacht ein ewig Licht vor das *heilige Creutz* in dem „ *Odenmünster* Pharre und das belacht off einen Morgen Wiesen gen „ Sant *Dyneste* über gelegen, und stosset uf das mit einem Ende ne- „ ben anderger.

Anno MDLXI. JACOBUS *Kreich* Cantor ad S. *Petrum* ultimis tabulis inter alia hujus Parochialis Ecclesiæ rationem habuit: unam libram annuam instituendo *pro regimine horologii in parochiali Ecclesia Oden-munster*: imo ut litteræ manufidelium habent: „ pro utilitate Rei- „ publicæ ac communis viæ S. *Petri*, sæpedicti Domini Testamen- „ tarii numeraverunt 45. florenos in albos conversos ad novum ho- „ rologium in turri Parochiæ *Odenmunster* exstruendum, ad cuius „ regimen annue ordinata 1. libra, uti supra specificatum, ea prop- „ ter quot annis semel memoria D. Testatoris in parochia *Oden-* „ *munster* observabitur.

Ad annum MDCLXIV. Matricula Parochialis hic narrat: „ Ad „ vitandum varia scandala & peccata, quæ ex prætextu sponsalium de „ præsenti, ante Presbyteri benedictionem, hoc præsertim tempore, „ in Archi-Diœcesi Moguntina fuerunt deprehensa, tametsi alias (ut „ creditur saltem in superiori hac Archi-Diœcesi fuerit facta publi- catio)

„ catio) decretum fuit per Eminentiſſimum Principem, ut deinceps „ per totam Archi-Diœceſin & Eichsfeldiam in omnibus Parochiis „ publicaretur *Concilium Tridentinum*, irritans ejuſmodi clancularia „ Matrimonia *Winckel Eben*, factaque fuit in Parochia noſtra Oden- „ münſter hæc publicatio anno 1664. 10. Auguſti, exiſtente Parocho „ GUILIELMO THEODORO *Widenbruck* Ssæ Theol. Doctore. „ Eadem matricula

Initia feralis Peſtis

Anno MDCLXVI. ita deſcribit: „ Circa medium Junii 1666. „ cœpit proh dolor nefanda lues peſtilentiæ, & cœpit quidem pri- „ mitus in noſtra Parochia *in der Kübgaſſen*. Mortui primi ſunt *in* „ *dem letzten Hauſſ der Kübgaſſen* miles cum conjuge & prolibus, „ fuere Sacramentis muniti. Deinde ſerpſit malum in vicinam do- „ mum, abſorpſit ibidem matrem aliquot prolium, & præter proli- „ um parvulum, reliquæ proles manſere ſuperſtites. Deinde ſucceſ- „ ſive in ſequentibus domunculis omnes numeraverunt ſuos mortu- „ os, aliquos ſemper in qualibet domo relinquens. Venit inde ma- „ lum ad ædes *noſtri Campanatoris*, abſorpſit omnes. Poſt hos ab- „ ſorptos etiam alios inſequentis incolas. &c.

„ Quot vero per totam urbem deinde abſorpti ſunt, non ſum „ potis ſcribere. Requieſcant omnes in pace. Numerus mortuo- „ rum hoc anno exceſſit 2300. vel amplius hominum; alii ferunt „ quinque, & ſex millia. Inter hos fuere ſimul PP. omnium Ordi- „ num expoſiti propter infirmorum multitudinem, Parochi, Item „ omnes Medici & plurimi Chirurgi, ſiquidem venenum nimis vehe- „ mens non potuit reſtingui medicamine.

„ Anno Dñi MDCCXXIV. 26. Junii ex concluso Capitulari, præ-
„ habito consensu Eminentissimi, cœpit dirui fundamentum positum
„ pro novo Choro, ex eo quod minus arctum fuerit, & locus ap-
„ tior pro *Domo Parochiali*, quam tenentur DD. Capitulares S. *Petri*
„ constituere seu ædificari curare ex variis titulis, cui debito confor-
„ miter primus lapis novæ domus ædificandæ positus fuit per me
„ T. *Dael* p. t. Parochum.

Anno MDCCXXXII. die 21. *Martii* ☾☉☽ Emms Princeps PHILIPPUS CAROLUS ex S. R. I. Comitibus ab *Elz* Archi-Episcopus Moguntinus. Parochus Odenmunsterianus funebria exhibendi in Ecclesia S. Gangolphi prætendebat: nam teste Matricula Parochiali thurificando & aspergendo id executi fuerant muneris Antecessores E. G. 1695. die 17. Aprilis dum *Aschaffenburgo* delata fuissent exta *Anselmi Francisci*, & anno 1729. die 18. *Febr.* qua die funus LOTHARII FRANCISCI ad S. Gangolphum collocatum & 21. ejusdem ad Metropolitanam elatum fuit.

„ Litem tum movit Dnus UDALRICUS *Weydt* Sacellanus Au-
„ læ & Decanus ad S. *Gangolphum.* &c. Hæc autem lis fuit diremp-
„ ta â Rmo Vicariatu, ex cuius mandato ceremonias sepulturæ qua
„ *Proto-Parochus* peregit P. R. Dnus Decanus noster ad S. Petrum
„ JOANNES BAPTISTA *de Riedt*, assistentibus Decano ad latus
„ dextrum stola & superpelliceo induto Parocho Dominorum & in
„ Odenmünster JOSEPHO FRANCISCO *Wirsing*, ad latus vero si-
„ nistrum: Sacellano præfati Dni Decani JOANNE CAROLO JO-
„ SEPHO *Raud* Vicario *S. Petri.*

Elec-

Eleemosyna

Datur quot Dominicis diebus unus Albus cuilibet XVII. pauperum nomine Collegiatæ post Summum Sacrum * & nomine Parochiæ tantum, quatuor aliis egenis à Fabricæ Magistro. Singulis vero Dominicis & Festis decem aliis tantundem exsolvitur ab institutione JOANNIS ADAMI *Müblen* Cantoris S. Petri per Officiatum Præsentiæ.

* Abs dubio ex beneficentia JACOBI *Kreich* Cantoris & ADOLPHI *Breytbart* Scholastici ad hanc Ecclesiam & ad Gradus B. M. V. quod autem ita concludamus faciunt tabulæ queis legata *Jacobi Kreich* inter alia hæc designantur: „ Item 15. lb. 12. „ solid. dividentur omni anno in *quinquaginta duobus Dominicis* „ diebus, qualibet videlicet Dominica 6. solid. inter duodecim pau- „ peres personas, fundate eleemosyne per quondam Venerabilem „ Dominum ADOLPHUM de *Breitbart* participes, æqualiter per „ Ciste Magistrum distribuendo cuilibet pauperi ½ solid. in prom- „ pta pecunia, cum debita exhortatione; quod Fundatorem hu- „ ius eleemosyne in orationibus suis apud Deum commendatum „ habeant.

Series Parochorum in Udenmünster.

Subeunt:

1222 HENRICUS *Plebanus in Vdenmünster* teste JOANNIS T. I. Rer. Mog. pag. 76. Fuit autem Canonicus S. Petri, nam in litteris anni prænominati, in quibus ARNOLDUS Præpositus ad Gradus & S. *Gangolfum* compositionem cum Petrensibus iniit *super duabus arcis & edificiis in ambitu Ecclesie* (S. Gangolfi) sitis: post Deca-

Decanum, Scholasticum, Cantorem & NB. *Archipresbyterum*, primus inter Canonicos S. Petri subscriptus legitur HENRICUS Plebanus in Udenmünster. Eodem loco & titulo subit anno 1224. in literis: *de domo inter cretarios* datis v. *Kalend. Februar.* & de *Vinea in Munren.* Et in anno 1225. apud JOANN. Tom. II. Rer. Mog. pag. 474.

1245 CHRISTIANUS *Parochianus in Vdenmunster* apud eund. JOANN. l. cit.

1306 LUDEWICUS Decanus S. *Petri* & Plebanus in *Vdenmünster.* Vide quæ supra notavimus. Fors hoc eodem anno, quia Decanus erat, Parochia cessit in favorem Fratribus Ord. Teutonici?

Inde Sacerdotes huius Ordinis Parochiam curaverunt. Brevi tamen post annum 1313. Petrensium quidam Parochiæ præfuit; ni velis à Collegiata Præsentatum adhuc fors unum vel alterum Ordinis Teutonici Sacerdotem (quod nec affirmari nec negari poterit) Interim ex Clericis sæcularibus fuerit (quia Teutonicis *tunc* jus testandi necdum *facilè* concedebatur) qui occurrit

1333 JOANNES *de Walla*, Plebanus Ecclesiæ Parochialis in *Vdenmünster*, utpote qui legavit „ infirmis decumbentibus *in Hos-* „ *pitali S. Spiritus in Maguntia* 1. maldrum annuatim. „ Videatur JOANNIS in addendis T. I. Rer. Mog. pag. 1002.

1457 JOANNES *Horster* Vicarius *S. Petri*, audit „ *modernus* „ *ipsius parochialis Ecclesie Rector*, eandem Vicariam, quam etiam „ obtinet, ad effectum unionis predicte sponte & libere resigna- „ vit. „ In Bulla *Callisti* supra laudata.

1490

1490 PETRUS *Welber.* Vide supra.

1536 FRIDERICUS *Thomæ.* Huius nomen servavit, quæ quondam in Vdenmünsteriano Templo ante Altare maius, inter *Hellwichiana* erat sequens inscriptio tumuli:

Hic situs est Venerabilis itemque munificus Vir. Dominus FRIDERICUS Thomæ *Præpositus & Canonicus Ecclesiæ Hunfeldensis, apud hanc quoque sacram Matris Virginis Ædem Parochus. Pia cuius animula in Christo pie quiescat. Cum morte commutavit pridie Paschatos Anno M.D.XXXVI.*

Ab 1541 ad 1562 JOANNES *Wagenhausen.* Fidem facit sequens, quæ in dirutâ Udenmünsterianâ *sub sacrario*, ab HELLWICHIO notata, steterat inscriptio:

Venerandus eruditus ac devotus Dominus JOHANNES Wagenhausen *de Herpstein, ingenuarum artium Magister, Ecclesiarum D. Petri & S. Gangolphi Vicarius, nec non antiquioris huius Parochiæ* 21. *annis continuis Pastor vigilantissimus. Pie in Domino obdormivit* 30. *die Augusti* Anno. 1562.

1574 ꝏ JOANNES *Krinck.* En Epitaphium quod in veteri S. *Petri* Ecclésia legebatur, *ad picturam Christi â Joanne in Jordane baptizati.*

„ *Venerabili & erudito* JOANNI Kringk *â*
„ *Diepruck, S. Gangolfi intra Canonico, D.*
„ *Petri extra muros Moguntinos Ecclesia-*
„ *rum Vicario, & hujus Parochiæ, cui ad*
„ *annos* 12. *summa cura præfuit, Pastori vi-*
„ *gilantissimo, & honestæ Matronæ* ANNÆ
„ Kringk *claræ eius Matri superstiti, ulti-*
„ *mæ voluntatis suæ executores hoc monumen-*
„ *tum pietatis ergo poni curarunt hic sepul-*
„ *to, qui obiit* 8. *Idus Febr.* 1574. *Annos*
„ *natus* 42. *Obiit Mater* 1576.

1577 ꝏ LAURENTIUS *Crafft.* Memoria eius extabat quondam ad *S. Petrum* talis, *ad picturam Christi in gremio Matris:*

Singulari pietate & eruditione excellenti LAURENTIO Crafft *â Cronenberg, huius ædis verbi divini Præconi præclaro, immatura morte ex hisce ærumnis rapto,* DOROTHEA *Mater unico dilecto filio suo monumen-*

tum

tum hoc poni curavit, qui obiit 15. Calend. Quintiles anno 1577. Cujus anima cum immortali Deo aeternum vivat. Scribitur biennio ante mortem nempe 1575. die 15. *Augusti* resignasse.

1575 GEORGIUS *Spreizer*, dimisit anno 1610. Parochiam, & ꝯꝯ qua jubilarius 1629.

1610 usque 1656 CHRISTOPHORUS *Beck*, *Altavillanus*, Ssæ Theol. Doctor. adiit Parochiam veluti ipse sua manu adnotavit 14. Maji. 1610. Anno 1620. quando 9. *Maji* decesserat FRIDERICUS *Köntt S. Petri* Canonicus, is *ipse Udenmünsterianus* Parochus successit in Præbenda Canonicali. Tum anno 1632. die 16. *Augusti* electus fuit in Collegiatæ ejusdem Decanum, ex quo, Decanatu cum Parochia fungebatur usque ad annum 1656, quando munus pastorale deposuit. Obitus eius hisce in Necrologio refertur; „ pie Obiit 1659. 4to *Ja-* „ *nuarii* de nocte infra undecimam & duodecimam horam om- „ nibus provisus Sacramentis CHRISTOPHORUS *Beck* Senior „ Collegii nostri S. PETRI & Decanus 25. annis & nostræ Pa- „ rochiæ *Odenmunster* 45. annis Pastor.

1656 GUILIELMUS THEODORUS *Widenbruck* Ssæ Theol. Doctor, Præfuit Parochiæ usque ad annum 1664, quo eandem sponte posuit. Fuit autem hic noster Canonicus S. PETRI. Quod Colliges ex Necrologio ubi ita: „ 1669. d 18. „ Octobris tumulatus est in Ecclesiâ nostrâ Doctissimus vir „ THEODORUS WILHELMUS *Widenbrug*, quondam Paro-

„ chus Ecclesiæ nostræ, Canonicus S. PETRI, & Assessor „ Consistorii Emmi Principis Moguntini Ssæ Theol. D.

1665 JOANNES *Nentvvich* Coloniensis Vicarius *S. Petri* Ssæ Theol. Baccalaureus S. Cæsareæ Majestatis Notarius; anno 1670. *Spiram* abiit, nec, etsi sæpius vocatus, redire voluit.

1670 JOANNES *Ritter* Vicarius *S. Petri*, & Plebanus in *Odenmunster*. Subit eius manus & nomen ad initium anni 1670. usque quo

1680 JOANNES JACOBUS *Haun* *S. Petri* Vicarius & Parochus in *Odenmunster* nomen suum inscripsit matriculæ Parochiali circa 13. Novemb.

1682 F. EDMUNDUS *Klotz* Ord. S. Benedicti ab initio *Martii* ceu Parochus in *Odenmunster* baptizatos inscripsit. Eodem adhuc anno translatus est ad Parochiam S. CHRISTOPHORI vide ibi.

Interim MICHAEL *Ægidii*, qui in matricula Baptizatorum ad 28. *Martii* 1683. se Parochum substitutum scripsit, curam Pastoralem peregit. Hic erat Succentor *S. Petri* & ☧ 1690.

1683 à 2. Maji NICOLAUS *Hermes*. Mogonus, mortem testatur Epitaphium sequens: „ Hic requiescit Adm. Reve. „ & Doctissimus Dom. Dom. NICOLAUS *Hermes* Ecclesiæ Col- „ leg. *S. Petri* Vicarius & Parochus, ad S. Crucem Vicarius, „ ad S. CHRISTOPHORUM Altarista; ætatis suæ 69. anno- „ rum. Obiit in Domino 1720. 26. *Aprilis* cujus anima R. „ I. P.

1720

1720 THOMAS *Daël Limburgensis*, immissus in possessionem 20. Maji. Resignavit 1729. factus Parochus & Decanus in *Martinsfuren* prope *Aquisgranum*.

1729 PAULUS *Grouman* à 16. *Novembris* legitur qua substitutus Parochiæ.

1730 LEONARDUS *Otto Episcopiensis* ad *Tuberam* à 6. *Decemb.* inscripsit baptizatos. ꝯ Teste Necrologio Seminarii 9. *Novemb.* 1735.

1735 denuo PAULUS *Grouman* substitutum egit usque

1736 quo JOANNES *Hausner Mogonus* antea Seminarii Moguntini Alumnus, die 26. Septembris stationem suscepit, consummatus in brevi explevit tempora multa, quia multa cum laude munus egit; ex morbo apud ægrum contracto interceptus est 2. *April.* 1738.

1738 JOSEPHUS ANTONIUS *Wirssing Wirceburgensis*, antea Presbyter Societatis JEsu. 9. Maji Parochiam hanc suscepit; anno 1743. die 19. Junii Promotus ad Parochiam *Altavillanam* in Rhingavia.

1743 JOSEPHUS ANTONIUS *d' Angelo Francofurtensis*, Seminarii Fuldensis Alumnus Pontificius, tum Sacellanus ad S. IGNATIUM Moguntiæ, dein Parochus in *Mombach*, unde ad *Odenmünsterianam* 19. *Junii* anno prædicto transiit. Doctoratûs Theologici Candidatus, & J. U. Licentiatus, Consiliarius Moguntinus Ecclesiasticus & Librorum Censor. Vitâ & Prædicatione singula-

gula-

gularem devotionem & modeſtiam ſpirans, in flore dierum hecticâ abreptus eſt 1753.

1753 MICHAEL *Noll* *Miltenbergæ* 10. Martii 1715. natus, ab anno 1735. Alumnus Archi-Epiſcopalis Seminarii; exin Sacellanus ad S. EMMERANUM Moguntiæ. Tum anno 1743. Parochus in *Werbach*, ubi & Capituli Tuberani Camerarius ab anno 1746. ad 1752. fuit, quo in *Mariæborn* feceſſit, ibidem Parochus & Director domûs Emeritorum factus, usque dum ad hanc ſtationem 3. *Novemb.* tranſiret. Anno 1763. ab illuſtriſſimo Capitulo Metropolitano, durante iuterregno, præconio Conſiliarii Eccleſiaſtici honoratus adhuc floret.

INSCRIPTIONES & EPITAPHIA
QUÆDAM
Veteris Udenmünſterianæ Eccleſiæ
EX HELLWICHIANIS.

In Summo Altari.

Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens * enixa ſuper dilectum ſuum? *Cant. VIII.* Veni de Libano & coronaberis. *Cant. IV.* * pro innixa.

Ad Imaginem SS. PETRI & PAULI.

Tibi dabo Claves Regni cælorum. Matth. 16. *Vas electionis eſt mihi iſte.* Act. 9.

Ad

Ad Altare B. V.

Nuntius Angelicus Mariæ quem dixit ab alto
Naſcitur in terris crimina noſtra luit.
Apparensque ſuis victor ſuper aſtra triumphat,
Aſſumpta Matris viſcera ſacra beans.

Ad Altare CONFESSORUM, quod dedicatum erat in honore S. GREGORII Papæ, S. NICOLAI Ep. & S. ANTONII: Inſcriptio juxta Sacrarium à ſiniſtris.

Hi ſunt Sacerdotes magni, qui quaſi ſol refulgens, & luna plena in diebus ſuis effulſerunt in Templo Dei: quaſi arcus refulgens inter nebulas gloriæ; & quaſi vas auri ſolidum ornatum omni lapide pretioſo: circa illos Corona Fratrum, & quaſi plantatio Cedri in monte Libano. Eccleſiaſt. Lmo. Cap.

Inſcriptionem Altaris Apoſtolorum

Vide ſupra in Notabilibus hujus Parochiæ ad An. 1306.

EPI-

EPITAPHIA, & Tumulorum Inſcriptiones.

I.

Ad Altare Majus circa Sacrarium.

† Anno Domini MCCCXXVII. in die *Tiburtii* & *Valeriani* ꝏ JUTA Uxor JOHANNIS de *Liborn* Requieſcat in pace.

Ibidem ante Altare Majus.

Anno partæ Salutis humanæ CIƆIƆXCVI. die XVII. Februarii obiit Venerabilis ac eruditus Dominus HENRICUS *Wagenhauſen* de *Herbſtein* Eccleſiæ S. *Petri* & *Gingolphi* dum viveret ſenior Vicarius ætate plusquam octogenarius. C. A. æterna pace fruatur.

II.

In Tabula Imaginis Cœnæ Domini.

Anno 1583. 2. die menſis Maji obiit optimæ ſpei Puer, REMBERTUS *Vollmarus*, ætatis ſuæ ſeſquiſeptimo, hic ſepultus, Reverendi Dni HENRICI *Volmari* Decani S. *Petri* ex Fratre CONRADO Cive Warbergenſi Nepos unicus, cuius anima fruatur pace æterna.

III.

III.

Sub Imagine Ss Trium Regum munera Christo Domino offerentium.

✝ Reverendus & Eximius Dominus ETHEREUS *Hoffmann* Sacræ Theologiæ Doctor, Diui *Petri* ac beati *Stephani* nec non beatæ *Mariæ ad Gradus* Collegiatarum Ecclesiarum Mogunt. Præpositus, respective Decanus & Cantor, Archi-Episcoporum DANIELIS & WOLFFGANGI Principum Electorum Sacellanus per annos XVIII. ꝏ 3ia *Februarii* Anno MDXCVII.

IV.

Venerabiles & devoti JOANNES *Weys* & GEORGIUS *Kemp* Ss. *Stephani* & *Gingolphi* Canonici huius vero D. *Petri* Vicarii dum præmature in fata concedunt, hic Anno 1598. ipsa Assumptionis B. M. Virginis. Ille autem Anno dehinc 1599. eiusdem Diuæ Matris Purificationis die, iuxta sepeliuntur.

Q. A. R. I. P.

CHRISTIANUS *Agricola* Ssæ Theologiæ Doctor ac ejusdem D. *Petri* ac Beatæ Mariæ Collegiatarum Ecclesiarum iuxta * Moguntiam Præpositus & Decanus, Sigillifer & Commissarius vlt. volunt. eorundem Executor, vice Contestamentariorum suorum posuit Anno 1600. Jubilæo.

* omissum & *intra*

V.

Ad ostium maius Inscriptio Tumuli.

Venerabilis & Eruditus Dnus BERNARDUS *Albach* Artium liberalium Mag. Canonicus S. *Petri* & B. *Mariæ* Virginis *ad Gradus* Mogunt. & S. *Felicitatis* in *Vreden* Monast. Diœcef. Obiit v. Maji. Hic apud Patruum sepultus Anno Dni M.D.C.II. Q. A. R. I. P. Amen.

VI.

Ibidem in Lapide inferiali.

Anno 1607. den 3. *Martii* ist in Gott seeliglich verstorben die Edele vnd Tugendsame Jungfraw DOROTHEA LöRCHIN von *Dirmstein*, des Edlen und Vesten CASPAR LöRCH von *Dirmstein*, vnd der Edlen vnd Tugentsamen Frawen DOROTHEA, gebohrne Tochter *von Elz*, leibliche Tochter. Deren Seelen Gott genade.

Lerch.	*Elz.*
Münchingen.	*Stein.*





APPEN-

APPENDIX

NOn abs re visum est, cum præsens de PAROCHIIS MOGUNTINIS Commentatio manus Clericorum juniorum sit pervolatura, si pro majori æmulatione suscitanda quandam Domûs plantariæ rationem haberem, ubi Presbyteri ad curam animarum per Diœcesim exponendi præparantur, undeque gravissimi & laudatissimi Viri prodierunt, quorum non pauca Nomina hac in exegesi evulgavimus. Sit ergo

SYLLABUS SUPERIORUM SEMINARII MOGUNTINI.

I.

ADolescentum unitim viventium, & ad varias Clericorum Stationes educandorum certis sub regulis constituta diverticula, haud inconsulte *Seminaria* compellari assueverunt; nam (*a*) *quemadmodum arbuscula in Seminario educantur, unde postmodum transplantantur, quocumque opus videtur; ita Clerici juvenes in separatis Collegiis instituendi videbantur, ut ad recipiendos Ordines, & ad functiones Ecclesiasticas idonei redderentur.*

Non est autem harum pagellarum ex ipsa Veneranda Majorum antiquitate, ævoque Ecclesiæ à Paganorum infestationibus magis pacato, primam *Seminariorum* à Magno AUGUSTINO (*b*) institutorum, feliciterque in Aulis Episcoporum propagatorum, altiùs repetere originem.

Sufficit vel fugitivo tantum oculo nostram Patriam & ea tempora percurrisse, queis Carolingici Francorum Reges Germaniæ Ecclesiasticæ nobiliorem speciem indidere, Clerique Ordines splendidiorem in formam composuêre.

LUDOVICUS *pius* non parvam circa juniores ad Statum Cleri educandos, Canonis *Toletani* (*c*) rationem habuit; edixit quippe in *Regula Canonicorum* anno 816. *Aquisgrani* in celebri illo Concilio Regnique Conventu pro omnibus Germaniæ Galliæque Ecclesiis conditâ. cap. CXXX. (*d*) *Solerter Rectores Ecclesiarum vigilare oportet, ut pueri & adolescentes, qui in congregatione sibi commissa nutriuntur vel erudiuntur, ita jugibus Ecclesiasticis disciplinis constringantur, ut eorum lasciva ætas, & ad peccandum valde proclivis, nullam possit reperire locum, quo in peccati facinus proruat. Quapropter in huiuscemodi custodiendis & spiritualiter erudiendis talis à Prælatis constituendus est vitæ probabilis Frater, qui eorum curam summa gerat industria, eosque ita arctissime constringat, qualiter Ecclesiasticis doctrinis imbuti, & armis spiritualibus induti, & Ecclesiæ utilitatibus decenter parere, & ad Gradus Ecclesiasticos quandoque digne possint promoveri. . . . . . . Omnes in uno conclavi atrii commorentur, & lubricæ ætatis annos non in luxuria, sed in disciplinis Ecclesiasticis agant, deputati probatissimo seniori . . . . licet ab alio erudiantur.* &c

Et ista quidem pressiùs considerata, de junioribus quos *Domicellares* vocamus, Cathedralium Collegiatarumque Clero deputatis Canoni-

cis

cis intelligenda videntur; attamen & aliis, in reliquo Clero futuris eadem quoque adsignata legimus Collegia, in quibus ad munia quæque Ecclesiastica optime præpararentur.

Ipsa Episcopi domus ex parte diversorium erat, quo ætate maturiores reciperentur; Canone *Concil. Turon.* anni 813. Nono, id evincitur; ait enim de assumendis in Presbyteros: (*e*) *sed priusquam ad Consecrationem Presbyteratus accedat, maneat in Episcopio, discendi gratia officium suum, tamdiu, donec possint & mores & actus ejus animadverti: & tunc si dignus fuerit ad Sacerdotium promoveatur.*

Et quis nescit ea, quæ tum anni in quinque Synodis *Moguntiæ, Rhemis, Turonis, Cabilloni & Arelati* de jussu CAROLI M. (*f*) statuta fuerunt, communi observantia per totum Imperium invaluisse.

Utique non omnis, pro clarissimo, qualis noster est, Episcopali Agro seu Diœcesi junior educandus Clerus unico in Episcopio detineri poterat; jam indicavimus, iis, qui ætate & moribus graviores essent, Aulam Episcopi, ut perficerentur, fuisse in domicilium; reliqua autem & junior pars, quæ ad Collegiatas Cathedralesque non sustentabatur, in Monachorum Asceteria segregata erat: prout disposuit *Concil. Mogunt.* eodem anno 813. habitum, *Can.* XXI. habens: (*g*) *Præcipimus ut unusquisque Episcopus sciat per singula Monasteria, quantos quisque Abbas Canonicos in Monasterio suo habeat: & hoc omnino ambo pariter provideant, ut, si Monachi fieri voluerint, regulariter vivant: sin autem, canonice vivant omnino.* Notari autem volumus cum eruditissimo THOMASSINO: (*h*) *Canonici* hic *dicuntur, quos Clericos vocamus promiscue,* mos quippe sæculi ita ferebat, Clericos nomine *Canonicorum* à Monachis distinguendi: unde in Capitulari Aquis-

 granensi

granensi anni 789. *Sacerdotibus* intitulato, (*i*) CAROLUS *M.* ait: *Similiter qui ad Clerum accedunt, quod nos nominamus* **Canonicam vitam**, *volumus, ut illi canonice, secundum suam Regulam omnimodis vivant, & Episcopus eorum regat vitam, sicut Abbas Monachorum.* Ultima quoque Moguntini Canonis verba alios designare non possunt, quam tales, quibus, si velint, optio vel inter Clericos vel inter monachos manendi facta esset: nempe tyronibus. Profecto cum HINCMARUS de se ipso fateatur: (*k*) *in Monasterio - - ab ipsis rudimentis infantiæ, sub* **Canonico habitu** *educatus, indeque eductus in palatio Domini* LUDOVICI *Imperatoris non modico tempore mansi* &c. Vix alium sensum quam quem dedimus Canoni Moguntino affingere poterimus.

Est hinc, quod immortalis famæ PROSPER LAMBERTINUS (*l*) concludat; *ut viam tutissimam insistamus, Seminaria duplicis generis ex sacra antiquitate cognoscimus: ac primum in monasteriis pueri educabantur, Clerici vero adulti in ædibus Episcoporum institutionem addiscebant.*

Quoniam vero Concilii *Vasensis* anno DXXIX. habiti Canon. I. statuit: (*m*) *ut Presbyteri qui sunt in* *Parochiis* *constituti, juniores lectores in domum suam recipiant, ac in lege Domini & divina psalmodia erudiant, ut sibi dignos provideant successores:* pariter THEODULPHUS in Capitulari IV. (*n*) Parochis edicat: *Nec non duos aut tres Clericos, cum quibus Missarum solemnia celebratis, vobiscum adducite,* ad synodum, *ut probetur, quam diligenter, quam studiose servitium Dei peragatis:* Bene decernimus *quatuor* quondam Seminariorum species extitisse, quibus vel 1. in domo Episcopi, vel 2. in Collegiatarum scholis, vel 3. in Monasteriis vel 4. in Parochorum ruri degentium ædibus, ad ministeria functionesque Ecclesiasticas tyrones Clerici expolirentur; quanquam Parochorum domos *Rudimenta potius quædam & incboationes Seminariorum* cupiat dici *Thomassinus.* (*o*)

a FLE-

(*a*) FLEURY Instit. Jur. Eccles. P. I. cap. XX. n. V. (*b*) THOMASSIN. de ver. & nov. Eccles. discip. P. I. lib. III. c. III. (*c*) C. 1. 12. q. 1. (*d*) LABBE. T. VII. Concil. & *Harzheim* T. I. Concil. Germ. pag. 510. (*e*) Apud THOMASSIN. l. cit. c. VI. n. III. (*f*) *Annales Francor. Fuldens.* ad h. ann. edit. Freher. pag. 12. *Concilia quinque super statu Ecclesiarum corrigendo ab Episcopis celebrari jussit, quorum MOGONTIACI, alterum ROMIS, tertium TURONIS, quartum CABILLIONE quintum ARELATI congestum est.* (*g*) LABBE. cit. Tom. à Colum. 1239. hoc Concilium refert. Canonem autem apud HARZHEIM invenies l. cit. pag. 410. (*h*) l. cit. Cap. V. n. V. (*i*) LABBE l. cit. Col. 985. (*k*) T. II. p. 304. apud THOMASSIN. l. cit. C. VI. n. I. (*l*) Instit. Eccles. instit. LIX. (*m*) Apud NATAL. ALEX. ad Sæc. VI. cap. V. art. XI. (*n*) THOMASSIN. l. c. Cap. VI. n. III. (*o*) L. cit. n. VI.

II.

Ista juniores ad morem Ecclesiasticum instituendi *Consuetudo* (pergit supra inductus PROSPER LAMBERT.) *ad annum usque millesimum mansit; Paulo post disciplina, quæ in monasteriis & ab Episcopis tradebatur in desuetudinem abiit, ac publicæ Academiæ excitari cœperunt.* Serius tamen apud Mogonos istam rerum vicissitudinem invectam credimus, eoquod vita Canonicorum communis ibidem longius, nempe usque circa 1254. perstiterit, nec nisi sæculo XV. Generale studium seu Academia ibidem occœperit. (*p*)

Juvat interim rei hujus dilucidandæ causa audire FLEURIUM (*q*) Ita loquentem: „ Institutio *Collegiorum*, quorum initia circa di„ midium sæculi XIII. facta sunt, magno fuit adiumento ad tuen„ dam politicam Academiæ disciplinam, & ad continendos in officio „ auditores ibi commorantes. Religiosi ante alios exstruxere domos,

„ in

„ in quas fratres ſuos ſcientiis conjunctim daturos operam & â con-
„ ſuetudine cum hominibus profanis arcendos mitterent, ſic præter
„ Fratres Prædicatores Minoresque, quorum primas in ædes totus
„ Ordo convenit, etiam Bernardini „ (*Benedictini ut aſſeritur in celeberrimo Lexico univerſali Trivultino, ſeu de Trevoux †*) „ pro ſuis
„ Collegia majoris monaſterii (de *Marmontier*) & *Cluniacenſe* condi-
„ derunt. Primis annumerandum venit *SORBONICUM Clericis*
„ *qui ſæculares dicuntur deſtinatum:* & poſtea plerique Epiſcopi ere-
„ xerunt, dotaruntque aliqua pro pauperibus litterarum Studioſis è
„ ſuis Diœceſibus. Hac arte ſatis quodammodo faciebant ſuo pene
„ primario muneri *erudiendi ac formandi Clerum ſuum*, cum tantos
„ Doctores, quanti publicis in Scholis erant, ſuis in Urbibus haud
„ invenirent. Porro diſciplina Collegiorum ad Alumnos non litte-
„ ris ſolum, ſed & *moribus Clero dignis* imbuendos pertinebat. Vi-
„ vebant communiter, divinum celebrabant officium, ſtatas Studio-
„ rum ac recreationum horas habebant, & plures Magiſtros vigiles,
„ qui eos regerent atque coërcerent, atque ita *Collegia erant parva*
„ *quædem Seminaria.*

Hujus moris in Urbe noſtrâ aureâ fuiſſe Collegia SCHENCKENBERGICUM & ALGESHEIMENSE, nemo non certum habebit. Utinam harum Domuum Origines, Incrementa, Studiorum & agendi rationes & alia quæ noſcenda ſunt pro honore Moguntiæ ordine bene curato cognoſcere liceret!

A vero cæteroquin non abludit, eam à tempore ſoluti communis in Clero contubernii Eccleſiæ mutationem factam eſſe tantamque variationem irrepſiſſe, *ut difficile eſſet ab Anno Milleſimo uſque ad Concilium* TRIDENTINUM. - - - *præter ſcholas publicas, aut quaſdam privatas in Monachorum vel Canonicorum Regularium Monaſteriis, alias ſcholas Epiſcopales invenire, in quibus Iuventus ad munia Eccleſiaſtica obeunda diſponeretur*, (r)

Pro-

Prolixa tandem & gravi constitutione *Synodus Tridentina* Sess. XXIII. Cap. XVIII. de *Reform.* Seminaria erigere cuilibet Metropolitanæ Cathedralique Ecclesiæ imperavit.

Tam laudabili itaque statuto ut DANIEL ab *Homburg* pientissimus Mogonorum Antistes debitum morem gereret, sua in Urbe Moguntina tres curias *Zum Herbst, Zum Hammerstein & Zum Birnbaum* (s.) vocitatas, anno 1568. in novellam Cleri, quem aiunt Sæcularis, Domum plantariam aptari fecit, & Patrum Societatis Jesu zelo atque industriæ curandas regendasque commendavit.

Hæc prima fuêre initia, queis pro ultima temporum ætate Moguntinum Seminarium processit.

Prospere satis clericale istud florescebat Collegium, usque dum infausto Marte tota ubivis Germania per annos triginta horribili strepitu concuteretur. Suecis quippe *Moguntiam* a 23. *Decembris* 1631. ad 9. *Januarii* 1637. insedentibus, Seminarii Alumni, nescio an pulsi an sponte sua dilapsi fuere; vacua interim Alumnis inquilinisque sacris stetit inter arma Domus; ubi vero libertas Urbi & pax incolis reddita, fortunæque multùm hactenus profligatæ, cum rebus aliquantisper recuperatæ fuissent, de ædibus quoque his resuscitandis consultatio rediit. At suis & Regularibus institutis hoc Seminarium a prælaudatis Patribus destinabatur, Principe in vota eorum secedente; ita enim Moguntinæ Historiæ continuator: (t.) *istas ædes, cum Convictorum cœtus bello tricennali defluxisset, ad* Novitiatum *ut vocant, sive Tirocinium* Societatis *applicare circa annum* 1648. *visum fuit Patribus.*

Carebat inde MOGUNTIA Clericali Seminario, usque dum Tridentinarum Legum Æmulator summe providus JOANNES PHILIPPUS de SCHOENBORN, Archi-Præsul & Princeps Elector Moguntinus consentiente & largam manum de suis contribuente JOANNE ab

Heppenheim condicto de SAAL, Majore tum Decano, postea ab anno 1668. Summo Præposito: nova & Principe digna liberalitate illud, quod sub Patrocinio *S. BONIFACII M. & Archi-Episcopi Moguntini*, usque nunc cum laude viget, Alumnorum qui Clerici essent, Seminarium restitueret seu potiùs de novo conderet; *delectæ vero ei staduendo ædes, quæ vulgo CURIA CRONBERGICA (der Cronberger Hoff) vocabantur, quas Eminentissimus Elector a CRATONE ADOLFO Comite CRONBERGENSI* Anno 1661. die 5. *Julii emptione obtinuit.* (*u.*)

Clericis *Institutum* à Venerabili Viro BARTHOLOMÆO *Holzhauser* quondam Decano Bingensi secundùm Ss. Canones revocatum sectantibus, cura hujus ad Clerum Ecclesiasticum institutoriæ & probatoriæ Domûs ab eodem Celsissimo Fundatore tabulis solennibus, Archi-Episcopali æque ac Rmi Præpositi uti & almi Capituli Metropolitani venerando & triplici Sigillo munitis anno 1662. fuit demandata.

Quo autem esset, unde degentes inibi melius sustentarentur: anno MDCLXXII. die XVI *Decembris* proventus & reliquum *Collegiatæ Bingensis* (*w*) cum Parochia (*x*) ibidem sunt attributi.

Hic ergo loci (verba sunt *Joannidis*) (*y*) sub *Præside, Regente & Sub-Regente egregium exhibetur plantarium Clericorum præstantium, qui indies ex hoc domicilio prodeunt. Emeritorum vero aliorumque valetudine infirmorum Ecclesiæ Ministrorum, ut similiter haberetur ratio, Seminario huic domus accessit,* (z) *illorum in gratiam ac usus anno* 1716. *à fundamentis exstructa.*

(*p*) Vide De GUDENUS Cod. Dipl. II. pag. 762. (*q*) T. XX. Hist. Eccl. Differt. V. in Hist. Eccl n. III. edit. August. 2. VAN ESPEN Jur. Eccles. P. II. Tit. XI. n. VI. 3. JOANNIS T. I. Rer. Mog. pag. 873. Id

(t.) Id. ibid. pag. 91. (u.) pag. 92. (w) Credimus eam cum S. WILLEGISI temporibus cœpisse cæterùm Confer. WÜRDTWEIN Diœcef. Mogunt. Comment. I. pag. 58. GUDEN. Cod. dipl. III. p. 1059. Cod. IV. pag 117. (x) Bipartitum quasi habeas Bingense Templum, cujus una pars paulo major & multum alta sub invocatione S. MARTINI Canonicorum quondam usibus, altera sub titulo S. BARBARÆ populo parochiali cessit. Circa hanc partem quoddam MS. Chronicum Bingense SCHOLLII hæc habet „ 1510 und 11. ist das „ Stuck an der Kirch zu *Bingen* zum Freydhoff zu, welches S. BARBARÆ *Bau* genennt wird, und bishero die *gemeine Pfarr-Kirch* ge-„ wesen, gebaut worden, und hat daran Hr. JOHANN BOOS von „ *Waldeck*, Hr. WOLFF von *Bicken* beyde Domhern zu Mayntz „ und der eine Probst zu *Bingen*, auch etliche Creutz-Gewölb ma-„ chen lassen auff ihre Kösten, wie auch etliche Burger zu *Bingen*. „ Parochus ibidem semper erat Canonicus & simul Archi-Presbyter teste GUDEN. Cod. Dipl. III. pag. 1117. Hinc minime mirandum Protocollo Parochiali anno 1657. inscriptum legi: „ 26. *Maji* advenit *R̄mus* de WALDERDORFF Vicarius Generalis instituturus vi-„ sitationem. Item constituit ea vice R. D. Parochum Bingensem „ BARTHOL. HOLZHAUSER *Decanum Ruralem*, quod antea fuit „ insusitatum: pro certo enim habetur *Ecclesiam & Parochiam Bin-„ gensem esse independentem, adeoque exemptam à Capitulo Rurali.* „ (y) *Rerum Mogunt.* T. I. pag. 93. (z) Adverte tamen: cum emeriti Sacerdotes anno 1738. translati fuerint ad ædes Parochiæ in *Mariæborn*, quam domum GERHARDUS *Müzer* aliique Sacerdotes hujus Clericalis Consortii quod Institutum vocant, pro Emeritis suis impendiis paraverunt, hæc nova ab 1716. Seminario adstructa pars nunc Hospitibus recipiendis inservit.

PRÆSIDES
ARCHI-EPISCOPALIS MOGUNTINI
AD
S. BONIFACIUM
AR. MART.
SEMINARII.

ab

1662 GEORGIUS *Gindel*, *Bavarus*, natus *Oettingæ* pago unâ horâ *Ingolstadio* distante, ubi tam inferiora quam superiora studia usque ad finem Theologiæ scholasticæ perduxit; factus Sacerdos, *Meilingæ* prope *Ingolstadium* institutus est Parochus, ubi dum unius anni spatio curam animarum peregisset, anno 1640 (*aa*) à Venerabili Viro BARTHOLOMÆO *Holzhauser* ad secum capessendum gradum, *Licentiæ Theologicæ*, ut vocant, excitatus est. Erat tum GÜNDELIUS ob pericula status Clericalis secum ipso conturbatus, adeo ut indolendo intepescentem indies inter Clericos Spiritum sanctitatis, ad amplectendum Ordinem Religiosum totus propenderet; erexit tum fluctuantis animum, etsi non sine magnis obmotionibus, *Bartholomæus*: alterumque tandem in resuscitanda vita communi Socium sibi feliciter adjunxit. (*ab.*) Mox eodem adhuc anno cum difficultate obtenta ab Ordinario migrandi licentia & Parochia resignata, *Tittmoningam* in Diœcesi Salisburgensi ad HOLZHAUSERUM secessit, ubi circa Festum S. NICOLAI Canonicatum eggressus strenue BARTHOLOMÆO

in

in laboribus Apoſtolicis curaque animarum cooperabatur, Angelicos ſectatos mores tantumque Zelum, ut haud reformidarit ipſi ſuo Magiſtro ceu Paulus Cephæ in faciem reſiſtere, eoquod is aliquando ſeriùs, quam ordo diei conſtiturus ferret, ad preces nocturnas è quadam viſitatione honeſtiori reverteretur. En leonem ex ungue! Poſt hinc curavit Parochiam in *Palling* ejuſdem Diœceſis, ubi anno 1645. ſubit, uſque ad annum 1656. quo ad petitum Eminentiſſimi Moguntini JOANNIS PHILIPPI, reſignavit Parochiam, *Moguntiam*que deſcendit, 9. Junii ibidem appulſus. Hic ab altefato Archi-Epiſcopo inſtituitur ad Paſtoriam in *Werbach* tractûs *Tuberani*, cui *tunc* adjuncta erat Parochia in *Impffingen*, hodie Juris & Diœceſis Wirceburgenſis: quam per Sacerdotem ſibi cohabitantem adminiſtrari fecit, veluti & eius in ſtatione Anteceſſor antea facere ſolebat. Vitam quam in Saliſburgenſi terra vixit eandem & hic tenuit, nempe omnibus numeris pietatis abſolutam, pueros ad vitam Clericalem educandos & inſtruendos ad ædes parochiales aſſumpſit, nullius tamen mulieris operâ utebatur, eo quod familiæ ruſticæ colendæ nulla eum neceſſitas obſtrinxiſſet. Anno 1658. BARTHOLOMÆO 20. Maji ſpiritum ponenti *Bingæ* adfuit, eidemque ibidem in munus paſtorale ſucceſſit, populo die 1. *Junii* per Reverendiſſimum D. Suffraganeum præſentatus. Interim Conſiliarius Eccleſiaſticus Moguntinus & totius Inſtituti Clericorum Sæcularium in commune viventium Præſes Secundus renuntiatus, anno ſequenti 1659. locum Doctori *Vogt* in *Bingen* facturus, rediit ad Parochiam *Werbach*. Ibidem conſtitutus, juſſu Eminentiſſimi una cum ADOLPHO GODEFRIDO *Voluſio* Sigillifero Moguntino anno 1660. Superiorem Archi-Diœceſin ceu Viſitator Archi-Epiſcopalis luſtravit; fidem facit ſubſcriptio hoc titulo facta, quâ tum Confra-

ternitatem B. M. V. in *Kennigheim* novis modis reformavit & corroboravit.

Vir pietatis & doctrinæ consummatæ, *quo cum ab adolescentia creverat & fervor in precibus ac zelus gloriæ Dei.* (*ad*) Suscitato noviter Clericorum Seminario PRÆSIDIS titulo primus quam optime præfuit, usque dum eum *post multas gravesque curas* (iterum exscribimus biographum Holzhauserianum) *ac labores infracto semper animo perlatos, præclaris de Ecclesia meritis prædivitem, communi bonorum luctu pestis Moguntiæ anno 1666. morituris ereptum sine fine viventibus adjunxit.* Obitum autem alius MS. ita exponit: „ Tandem anno 1666. peste *Moguntiæ* grassante, *Herbipoli* Moguntiam vocatus â Rmo Dño *De* SAAL, qui in absentia Emmi Electoris locum tenebat, & D. GINDELII consiliis uti volebat. comparuit D. GINDELIUS nutu Emmi tunc itidem *Herbipoli* subsistentis, sed Priùs instituit exercitia spiritualia & de totâ vita Confessionem, & dum Rmo Locumtenenti obsequitur opportunis accessibus è Seminario, ubi habitabat, misit forte *Bingam* suum domesticum famulum Michaelem Wollgeschaffen, ut circa Confratres ibidem quid ageretur, vel quo opus haberent, referret; quo fideliter præstito, sed incautius forte, ut & ipse infectus peste rediret, ac tacitus ea nocte se dormitum conferret. Altero mane signo surgendi aliquoties dato GINDELIUS dum famulum comparere non videt contra morem, surgit ipse & locum famuli ingreditur; quem ibi forte ea nocte surgere volentem videt exanimem jacere humi, atque eo miserabili spectaculo correptus horrore, peste & ipse inficitur, atque post aliquot dies rite provisus debitis Ecclesiæ Sacramentis obiit in Dño *Calendis Augusti* -- atque sepultus est in Ecclesia Parochiali S. EMMERANI Moguntiæ.

(*aa*)

(*aa*) Liber Capituli *Taubergerau* eum Doctorem Theologiæ appellat. (*ab*) *Vita* BARTHOL. *Holzhauser* Mogunt. 1737. edita P. II. §. 2. 5. (*ac*) MS. Ephemerides Parochiæ Bing. (*ad*) Vita citata pag. 53.

1666 ANDREAS *Birnbeck* *Tittmoniaco-Salisburgensis*, ex BARTHOLOMÆI *Holzhauser* Alumnis Ingolstadiensibus, anno 1654. qua Physicus Seminario *Wirceburgensi* eiusdem instituti Clericis tunc commisso inductus. Primus fit ab anno 1662. ad obitum usque GINDELII in Moguntino Seminario Subregens; (*ae*) Tum non tantum Moguntinum sed & *Kilianæum* Wirceburgense (â tempore STEPHANI *Weinberger* ex Præside Wirceburgi in pro-Episcopum ibidem & Vicarium in spiritualibus 1667. assumpti) simul quâ *Præses* moderatus fuit. Ascesi cæterum puriori, ac scientia profundiori multum præstitit; testes sunt, qui superant ab eodem conscripti & nuper noviter reimpressi libri: occasionem eorum scribendorum narrat nobis MS. „ D. GINDELIUS ordinationem Dñi „ *Bartholomæi* executioni mandavit, quam de Scholâ Spirituali in „ Seminariis tradendâ disposuit, ut subregentes Seminariorum A„ lumnis certâ horâ virtutum aliarumque rerum ad pietatem com„ parandam, fovendam ac conservandam necessariarum practicam „ notitiam traderent. In hunc finem conscripsit D. Doctor AN„ DREAS *Birnbeck Seminarium* & Paulo post *Irriguum virtutum* li„ bros ex fundamento in hanc rem conducentes. „ Edita sunt porro ab eodem adhuc alia: E. g. *Tractatus de dignitate Sacerdotii. Dissertatio de Pallio. Disceptatio de fidei veritate adversus XII. Disputationes JOANNIS CLAUBERGII Doct. Theol. & professoris in Academia Duisburgensi. Defensio Methodi Augustinianæ RRmorum de WALENBURCH, contra BALTHAS. BOEBELIUM Doct. &*

Prof.

Prof. Theol. Argentinensem. Impense dolemus amplioris biographiæ monumenta nobis deesse! ut autem ex nominibus vir dignosci possit, en ejus titulos: fuit namque *U. J. Doctor*, *Sæ Theol. Licentiatus*, *Sacr. Canon. Professor Publicus & Ordinarius*, *Emñi Archi-Ep. Officialis & Pro-Vicarius*, *Præpositus in Moxstatt*, *Canon. Capitul. in Amœnoburg*, & *Universitatis Cancellarius.* ☉ in ætate optima 18. Nov. 1679.

1679 QUIRINUS *Kunckel Hechtsheimensis Primùm.* Quæ supra pag. 40. paucis dedimus libet explicatius hic referre; Titulis eius addendum quod fuerit Emmi Moguntini *Consiliarius intimus.* Præsidem cæteroquin egit â *6. Octobris* 1679. adeoque vivo & ægrotanti BIRNBECKIO suffectus. 1682. Officio Præsidis cessit, Parochiam S. IGNATII suscipiens tuncque *Officialis* munere defungebatur. 1685. *Heidelbergensem* Parochiam suscepit, ubi 1688. vulgavit Scriptum sub rubro: *Bewæhrung*, *Erklærung und Verthædigung des allerheil. Meß-Opffers*, *so dan auch des Hochwürdigsten Heil. Sacraments des Altars gegen etliche im Jahr* 1687. *durch den Druck in der Chur Pfaltz außgestreute Büchlein*, *und Schrifften*, *insonderheit aber wider eine Englische Schmæh-Schrifft dieser heiligen Geheimnussen. Auffgesetzt durch FIDELEM PSYCHIOPHILUM des einigen Rechtens Candidatum. Gedruckt zu Heidelberg* 1688. Iniqua exin temporum sorte agitatus anno 1690. *Quintinianam* Stationem suscepit; sequenti tamen anno 1691. priorem *Heidelbergæ* locum cum titulo *Consiliarii Ecclesiastici Palatini* repetiit, sed parva cum quiete, nam anno 1693. irruptio Gallica eum loco cedere compulit ceu supra narravimus: addit qui ea conscripsit (*ae.*) D. Suffraganeus STARCK „ endlich ist er sampt Hr. Lt. ENGEL- „ HARD und seinem Bruder, dessen Frau und Kinder, mit der

Gar-

„ Garnison so capituliret und ausgezogen, nacher *Heylbron*, alwo „ Prinz LOUIS VON BADEN mit der teutschen Armee gestanden convoirt worden, wo von er nachgehends nach *Wallthürn* „ mit Hr. ENGELHARD, seinem Brudere gangen, und sich an„ noch auffhaltet. „ Inde *Francofurtum* & demum *Moguntiam* descendit: ita enim legimus adnotatum: „ 1693.. 14. *Junii* venit *Mo*„ *guntiam*. - Dnus Dr. KUNCKEL.. Decanus & Parochus Heidel„ bergensis, qui capta urbe in maximo vitæ periculo fuit, *cum ter*„ *tia vice Galli ipsi caput præscindere attentarint* „ Eod. anno 8. Septemb. iter aggressus est Romam cum Lto ENGELHARD. Annum agebat ætatis quadragesimum secundum quando die 16. Aprilis 1694. præ sexaginta competentibus dignitate Præpositi *ad S. MAURITIUM Augustæ* in curia fuit honoratus. (*af*) Anno 1695. *Româ* regressus demum *Heidelbergam* Pastor curavit, prout testantur approbationes *Lilio inter spinas* præfixæ, queis *S. Mauritii Augustæ Præpositus*, *Episcopi Wormatiensis Consiliarius Eccles* & *Pro-Vicarius*, *necnon Decanus Heidelbergensis* audit. Plures sunt quos edidit Tractatus pro fide Catholicâ: E.g. De Communione sub una specie: *XX. Betrachtungen von dem jetzigen Glaubens-Wesen. XX. fernere Betrachtungen. Kurtzer Unterricht von Miraculosen Orten und Bildern &c. Unum necessariam* pro Concionatoribus. De *Lilio inter Spinas* quo CARPZOVIUM vapulavit jam ingessimus mentionem. Liber quoque sub titulo *cursus biennalis* e venâ KUNCKELII fluxisse perhibetur, qui facile nomen ENGELHARTI postea induit, eo quod hujus manu descriptus reperiebatur.

(*ae*) Diar. Seminarii MS. (*af*) Ceu rescimus ex MS. sub tit. *observata Romæ* ab ipsomet conscripto.

1682 LEONARDUS *Nimis Wallthuranus Primùm.* Ejus meminimus supra pag. 41. & memoria redibit infra inter *Subregentes.*

Hh Offi-

Officium Præsidis nunc prima vice exegit usque ad annum 1686. & Festum *S. Martini*, quo tempore *Parochiam Walltburanam* alterâ vice suscepit.

1686 MATTHIAS *Starck*, Episcopus *Coronensis* (de quo inter *Regentes*) â Festo S. *Martini* & anno quem notavimus, ad usque 10. *Decemb.* 1696. Præsidem egit, maximâ in penuriâ temporum, ita ut haud semel farinam propriâ in Rhedâ occultatam *Francofurto* rediens fami Alumnorum depellendæ advectare debuerit. Ut autem sciamus eum *Sponte* hac die cessisse, atque KUNCKELIUM eadem die munus denuo accepisse is ipse sua manu in laudato Diario signavit, habitationem tamen in Seminario continuavit.

Cœcus tandem & provecti senii causa muniis gerendis impar factus, pro-Episcopi functione anno 1703. decessit, tandemque in pace *Francofurti* 8. *Februar.* 1708, ætatis octuagesimo obdormivit, & ad S. BARTHOLOMÆUM ante Chori gradus ibidem sepulchrum invenit, æneis sub insigniis hacceque inscriptione:

MATTHIAS Starck *Episcopus Coronensis, Suffraganeus Moguntinus, Ssæ Theologiæ Doctor, huius Imperialis Ecclesiæ S. Bartholomæi XXXV. annis Decanus, Proto-Notarius Apostolicus, ex instituto Cleric. Secul. in Coi. Vivent. obiit VIII. Febr. ætatis suæ LXXX. anno Dom. MDCCVIII.*

Cæterum ex Titulari Episcopo, Insulâ *Coronâ* â venetis occupatâ, actualis fieri potuisset, ni ætas obfuisset & sumptus, pro indipiscendis titulis *Nobilis de Venetiis* necessario impendendi.

1696 QUIRINUS *Kunckel secundum.* Die eadem qua Decessor abdicavit, Præses nominatus, die 15. Decembris per Reverendissi-

dissimum D. Vicarium Generalem L.B. de *Hobeneck* solemniter præsentatus, die 25. Seminarium inhabitare cœpit, ubi demum multis laudabiliter peractis, magnâ nominis æstimatione relictâ ✝ 14. Dec. 1701.

1701 LEONARDUS *Nimis* *secundum*. Interim ad S. BARTHOLOMÆUM *Francofurti*, nec non ad S. VICTOREM *Moguntiæ* Canonicus & Parochus in *Wallthürn*; Canonicatum tamen ad *S. Victorem* iam anno 1694. resignaverat. à KUNCKELII obitu ad suum usque Præsidis officio occupatus. ✝ 3. *Januar.* 1716. Sepultus ad S. EMMERANUM. Eundem anno 1706. Pro-Vicarium in Spiritualibus Generalem, & Universitatis Rectorem leges (*ag*). E laboribus eiusdem literariis nihil ad manus venit, nisi libellus polemicus, quem sub titulo *Brod des Lebens und des Verstandes* ceu apologiam Sacrificii Missæ contra quendam FLORINUM Professorem Lutheranum anno 1700. adhuc *Wallthüræ* habitans edidit.

(*ag*) Apud KNOD Histor. Universit. Mog. Comment. II. pag. 119.

1716 CASPARUS ADOLPHUS *Schnernauer* *Mogonus*, postea *Episcopus Aradensis*. Viri ethopejam iisdem queis in pro-Episcopis editis usi sumus coloribus pingimus, freti, ideam ad omnia lineamenta perfectam & spirantem expressam dedisse; scripsimus: quod fuerit: Dilectus Deo & hominibus, cuius memoria adhuc in benedictione est. Erat quippe Vir providus, prudens & rectus, pietate eximius, ordine accuratus, doctrinâ & experientia præcipuus, sermone affabilis, nemini gravis, omnibus etiam inimicissimis suavis, solitus non tantum majores & pares, sed & inferiores ac subditos singulari comitate prosequi. Cui

Candida frons, os suave tenens, mens enthea, pectus
Labe vacans, puris æmula penna favis
Nil nitor hic fuci, nil sacra potentia fastûs,
Nil labor hic torvi, nil leve cura tulit.

Initia usque ad annum 1716. infra in Subregentibus damus. Prostant litteræ JOANNIS BAPTISTÆ *Gegg* Theol. D. & Pro-Vicarii Wormatiensis testimoniales laudis datæ 4. *Febr.* 1716. quod CASPARUS in Consilio Ecclesiastico Wormat. singulari prudentiâ, doctrinâ & solertiâ strenue muneri suo adfuerit. Eod. anno datis *Vratislaviâ* die 15. *Junii* Serenissimus Ordinarius Wormat. ad *sex menses* dispensat, ut cum Præsidis Moguntini statione dignitatem Decani ad B. M. V. Wormatiæ ad strictam residentiam alias obligantem, retineret. Anno 1717. quo & Consiliarius in sacris Mogonorum Consistorio admotus fuerat, eidem datis *Neuburg* 12. *Julii*, adhuc audienti: *Decanus Wormatiensis*, confirmatur denuo dignitas Consiliarii Ecclesiastici Palatini cum consueto Salario 200. Floren. & 20. Maldrorum farris ex administrationis Ecclesiasticæ penuario exsolvendis. Imo anno 1718. die 17. Octobris datis ex *Schwetzingen* aliis patentibus, eadem confirmatio repetitur cum hacce clausula, quod cum inter Consiliarios Ecclesiasticos Moguntinos iam Fiscalis refulgeat, singularem pro Parochiis & Ecclesiis Palatinis intra Moguntinam Diœcesin situatis, curam impenderet; tantâ autem industriâ votis Serenissimi Palatani obsecutus fuit, ut anno 1720. litteris die 26. *Augusti Schwetzingæ* â Principe signatis in numerum Consiliariorum Ecclesiasticorum *intimorum* reciperetur. Paucis hinc lapsis, nempe anno 1724. die 3. *Novembr.* Epistolâ *Confluentiæ* exaratâ â CAROLO JOSEPHO LOTHARIO *L. B. Schenck de Schmidberg* qua Custode Moguntino in *Cancellarium Universitatis Moguntinæ PERPETUUM* renuntiatur. Anno qui sequitur 1725. jussibus Eminentissimi LOTHARII FRANCISCI factis in arce *Aschaffenburgensi* die 14. Augusti: *Officialis* seu *Moguntinæ Sedis Protonotarius & Judex Generalis* instituitur. Utque nihil honoris meritis tanti viri deesset, tandem ad finem Anni 1727. ad Culmen Episcopale atque

que in Pontificalibus Vicarii, in Spiritualibus Pro-Vicarii summos honores deposcitur, à BENEDICTO XIII. die 28. Maji 1728. titulis *Episcopi* ARADENSIS decoratus, atque in Festo S. BARNABÆ 11. *Junii* in templo S. GANGOLPHI aulico, assistentibus CHRISTOPHORO IGNATIO de *Gudenus* Suffraganeo *Erffurtensi* & VITO SEIDEL Abbate Ord. S. Benedicti in monte specioso Moguntiæ, à JOANNE BAPTISTA *Geck* Suffraganeo Wormatiensi fuit consecratus. Nec solus Emmus LOTHARIUS FRANCISCUS sed & Serenissimus Successor immortalis famæ Princeps Elector, Viri dotes æstimavit; quare & ab hoc Celsissimo FRANCISCO LUDOVICO anno 1730. die 12. Junii Dignitate Præpositi ad S. MARTINUM *in Heiligenstat* auctus fuit, cujus possessionem die 19. ejusdem mensis capessivit Procuratore usus HENRICO NICOLAO *Hertwich* Canonico ibidem & ad B. M. V. Parocho. Meritis tandem & honoribus plenus, infirmitateque solutus 20. Junii 1733. inter ardentissimas adstantium preces mentis usque ad ultimum compos Spiritum posuit postquam neque suorum sed solius Seminarii ultima voluntate rationem habuisset. Corpus ad Decessores in Ecclesia Parochiali à Sancto EMMERANO celebri delatum est. Quod cum marmore funebri honorari locus non patiatur, hocce voto, pro affectu in Patrem spiritualem veteri, qui primum locum hocce in tyrocinio dederat comitari placuit:

Aurea promeritam statuam decerne parari
Urbs! qua CASPARI forma resculpta foret.
Sculpatur Præsul, sine fastu, blandus ocellis
Ore favens, gracilis corpore, fronte gravis:
Relligio dextram teneat Charitesque finistram,
Scriptio sit: Virtus hic stetit in medio.

1733 CHRISTOPHORUS *Nebel* prima Septembris per Reverendissimum MARSILIUM *ab Hobeneck* Vicarium Generalem solemniter institutus. Honoris gradus titulosque in Serie Parochorum *S. Quintini* supra pag. 42. dedimus, nunc cum voto secundi Jubilæi feliciter futuri, diuturnum humillime acclamamus *Vivat.*

sVrgat aD hanC VoCeM pLena pIVs IgnIs ab ara,
Detque bonum voto lucidus omen apex.

OVID. l.4. de Ponto, Eleg. 9. V. 53. 54.

REGENTES.

1662 MATTHIAS *Starck*, *Lottsletti* in Provincia *Clettgoviensi* Patre J. JACOBO *Starck* Præfecto *Oehningensi*, Matre DOROTHEA *Remin* anno 1628. natus, prima literarum Studia *Salisburgi* capessiit ubi & inter novelli Seminarii Alumnos anno 1643. â BARTHOL. *Holzhauser* fuit cooptatus. (*ag*) Seminario autem *Ingolstadium* anno 1649. translato, illuc quoque secessit, altero anno, nempe 1650. inter primos Philosophiæ Magistros renuntiatus; dum Studia Theologica emensus fuerat anno 1654. inter sedecim Alumnos primus numeratur, qui ad Seminarium Wirceburgense transferretur. (*ah*) Presbyter anno 1655. ordinatus STEPHANO *Weinberger* tum Curioni in *Graff-Reinfelden* Capellani titulo Adjutor datus est, at brevi inde, quod indolis & probitatis perspectæ esset, ad Capellaniam Bingensem BARTHOLOMÆO cooperaturus advocatur; ita quippe Ephemerides Bingensis Parochiæ scribunt: 4. *Novembris* huius anni 1655. R. D. MATTHIAS *Starck cæpit primo docere scholas latinas, quod nemo ante fecit.* Idem Parochiale Protocollum alibi refert; 18. Martii

tii 1658. jubetur à Rmo Vicariatu D. MATTHIAS *Starck pro Paschate ad excipiendas Confessiones in Stradam Montanam abire, sed ob necessitatem Bingæ instantem, & Sacerdotum paucitatem, partim ægrotantium, fieri non potuit.* Ab obitu Venerab. *Holzhauseri* datus est teste JOANNIS (*ai*) Adjutor Doctori RIEGER in *Heppenheim* quin & eodem 29. Jan. 1659. sanctissimâ morte è vivis vocato, successit, strenue suo muneri invigilans usque ad ann. 1662, quo primus Seminarii noviter constituti Regens, Parochus ad S. EMMERANUM, & Canonicus S. Crucis salutatur. Inde ascensiones fecit, nempe anno 1669. inter Doctores Facultatis Theologicæ & Consiliarios Ecclesiastici Senatus, anno vero 1671. inter Proto-Notarios Apostolicos & Francofurtanos S. BARTHOLOMÆI Canonicos, imo anno 1672. in eiusdem Ecclesiæ Decanum, anno quoque 1673. inter S. LEONARDI Canonicos ibidem cooptatus. Munus autem Regentis strenue obibat, usque ad 1674. Anno 1680. ad apicem honoris Ecclesiastici nempe Episcopatum Coronensem evehitur. Reliquum supra insinuavimus.

ag) Vita Barthol. pag. 73. & 88. (*ab*) MS. noster. (*ai*) JOANNIS T. II. Rer. Mog. pag. 452.

1674 JOANNES GEORGIUS *Poth*, *Bingensis.* Is antea V. *Januar.* 1668. qua Parochus in *Kennigheim* populo erat præsentatus, quam dein Parochiam ad finem *Januarii* 1674. reliquit res Seminarii moderaturus *Regens.* Postquam autem annis viginti sex operam suam sedulo navasset, cum titulis Proto-Notarii Apostolici, ad *S. Crucem* prope Moguntiam Canonici, Capituli *Olmensis* Decani & Parochi *Hechtsheimensis*, inter *Bingam* & *Moguntiam* fato præcipiti decessit die 21. *April.* 1700.

1700 LUCAS *Kunckel* Canonicus ad S. JOANNEM in *Amanoburg*, & Parochus in *Bommersheim*, 1ma *Septembris* in Regentem

institutus & Alumnis præsentatus, perstitit in officio ad 1. Maji 1704. ∞ Canonicus & Decanus Collegiatæ in *Nörthen* 6. Maji 1715.

1704 BERNARDUS *Krebs* ex *Stattprocelden* natus, à 1. Maji ad *Decembrem* 1708. Regens. ∞ 1738. Ssæ Theol. D. Frisingensis Consiliarius Ecclesiasticus, Collegiatæ ad S. VITUM prope *Frisingam* Canonicus & Decanus, Parochus in *Massenhausen*. Instituti Præses emeritus.

1709 Oeconomiam & ratiocinia curante ipso Præside Doctore *Nimis*, non erat Regens.

1710 JOANNES ADAMUS *Schick* *Rüdigheimensis* Hassus, Ssæ Theol. Baccal. Biblic. & Format. è Sacellano Bingensi, Regens Seminarii, usque ad *Januar.* 1717. quo Parochiam *Bingensem* adiit, titulum Regentis retinens uno anno. Postea factus Decanus Capituli Algesheimensis, Canonicus Capitularis in *Moxstatt*, & Beneficiatus in Ecclesia B. M. V. *Bingæ.* Vir liberalitate & gravitate temperatâ multum amabilis; cui ex hydrope obeunti oculos clausi 13. Jan. 1745.

1717 CHRISTIANUS *Keller*, à Januario Vice-Regens, & post annum Regens, usque ad 1. Jul. 1722. ∞ Canonicus Capit. Aschaffenburgi & ibidem ad S. AGATHAM Parochus 8. Dec. 1732.

1722 à 1. *Julii* HENRICUS *Büchel*, usque ad finem anni 1723. hinc ad Parochiam in *Stattprocelden*, postea 1725. ad Beneficium in *Seligenstatt* demum in obsequia Sermi Principis de *Sultzbach* in *Wanfried* concessit; cætera in obscuris manent.

1724

1724 *à Januario* BERNARDUS *Stumpff* *Wallthuranus* Ssæ Theol. Baccal. Biblic. & Format. ex Parocho in *Statt-Procelden* Regens. primitus fuerat Paſtor in *Caub* ad Rhenum per annos ſex, inde vocatus eſt anno 1706. ad Parochiam *Dorff-Procelden*, & mutatione anno 1708. initâ, menſe *Martio* in *Statt-Procelden* venit. Anno uno exacto priorem Proceldanam Stationem repetiit, quod nec è re ſua nec è re Seminarii eſſet Stationem Regentis ulterius tenere. Vir alias bonus & pius. ☪ *Proceldæ* 16. Auguſti 1730.

1725 FRANCISCUS PHILIPPUS *Wolff*, *Epiſcopio-Tuberanus*, ex Sub-Regente Regens, Ssæ Theol. D. officium uſque ad 1730. titulos vero Regentis uſque ad 1732. retinuit; factus Conſiliarius Eccleſiaſticus & Sigillifer Archi-Epiſcopalis, nec non Canonicus Capitularis ad Gradus B. M. V. A profundiore ſcientia ſincera pietate & humilitate ſingulari, etiam poſt funus reverendus; in edendis quondam *Raymundi Lulli* ſumptuoſis operibus, erat præcipuus Adjutor *Saltzingeri*. Ultimis annis curam egit Parochialem Collegiatæ præfatæ uſque ad nuperum, quo vitæ exemplari finem fecit annum 1767.

1730 à 1. *Januar.* LEONARDUS *Wittman*, *Bingenſis*, Ssæ Theol. Doctor. Ex Sacellano Altavillano 1729. Parochus in *Rauenthal*, à tempore ſupra notato Sub-Regens & ſine titulo Regens, ab 1732. uſque modo cum titulo Regens ſumme providus, ob morum gravitatem, ſcientiæ & pietatis dignitatem prolixa dignus panegyri, qui parſimoniâ & prudentiâ, ceu alter Seminarii fortunarum Conditor

Collapſam reſtituit rem.

SUB-REGENTES.

1662 ad 1666 ANDREAS *Birnbeck*, quem inter Præsides relegas.

166- LEONARDUS *Nimis Wallthuranus*, munere Sub-Regens, factus est 1671. ad *S. Emmeranum* Parochus. Vide supra.

. . . .

1680 usque ad finem. 1682. JOANNES CONRADUS *Simmersbach primùm*. Ssæ Theol. & U. J. Candidatus; quam anno 1682. prehenderit spartam, investigare non potuimus.

1682 ad finem anni 1685. UDALRICUS *Ebert*; mense *Februar*. 1686. Parochiam in *Gernsheim* suscepit, ceu liber illius Parochiæ narrat. ☩ ibidem 16. Nov. 1691.

1686 ad 1688. JOANNES CONRADUS *Simmersbach secundùm*. Factus exin in *Aprili* Parochus in *Königstein* ☩ ibid. 6. *Februar*. 1690.

. . . .

1690 CASPARUS ADOLPHUS ANTON. *Schnernauer Mogonus primùm*. Baptizatus (ceu ex Testimonialibus Originalibus à *Wilhelmo Kræmer* anno 1711. datis vidimus) 7. Octobr. 1668. in Parochiali *S. Ignatii* à JEREMIA *Metz* Parocho ibidem, Parentibus *Joanne Schnernauer* & *Ursulâ*: levantibus, C. T. *Georgio Antonio* L. B. de *Riedt* & *Philippo Adolffo* de *Staffel* utroque Canonico Metropolitano, Vices secundi Patrini obeunte, GUILIELMO THEODORICO *Widenbruck* Canonico *S. Petri*. Parens exinde *Miltenbergæ* multis annis secundarium ad vectigal nauticum

ticum Inspectorem, quem vulgo *Nachgenger* vocant, egit. Anno 1684. primum inter Philosophos retulit locum; (*ak*) Diarium Seminarii eiusdem qua Alumni in vacantias *Miltenbergam* missi, anno 1687. mentionem ingerit. Necdum Sacerdotio initiatus, anno ceu notauimus 1690. in Sub-Regentem delectus est, unde metiaris præcox ingenium studiumque omni ex parte eximium, quippe munus Sub-Regentis exigit, tam Philosophiam quam Theologiam, Jus Canonicum, omneque sciendi genus cum Alumnis repetere, atque in Disputationibus Examinibusque profundius indagare. Anno 1691. Dominica XIX. post Pentecosten, 14. *Octobris* in Oratorio Seminarii à MATTHIA *Starck* Ordinem Presbyteratûs suscepit. Superant huius rei testimoniales. 1692. Feria 6. ante Pentecosten (23. Maji) „ descendit *Geissenhemium* Sacellanum (id est Beneficiatum) ibidem „ acturus, loco D. ANTONII *Schölbert*, qui accepit Parochiam in „ *Rüdesheim* „ verba sunt Diarii Seminarii; quod & ad *Julium* anni 1693. ita notat: „ Venit D. SCHNERNAUER *substitutus Primissa-* „ *rius* in *Geissenheim*, 8va ascendit idem *Miltenbergam*, avocaturus So- „ rorem suam, pro re domestica instituenda *Geissenhemii* „. Anno 1694. die 29. *April*. Theses ex universa Theologia dicatas Rmo D. Vicario Generali ANSELMO FRANCISCO *ab Hoheneck* propugnavit; eodemque anno 5. Maji una cum JODOCO *Bley* S. EMMERANI Parocho Gradum in Theologia Doctoralem suscepit, qua occasione cum JODOCUS ob institutionem Canonicam, quam investituram vocant, in Programmate Doctorali titulos *Geissenheimenses* sibi deposceret, conventum est: ut hic *Primissarius*, noster verò *Capellanus in Geissenheim* scriberetur. Eodem anno die 18. *Julii Bacharaci* in Catholicorum Parochum præsentatur, vicesque suas *Weinrichio* commisit (*al*) sed neuter ob tricas locum obtinuit. *Vice-Præses* Seminarii hoc anno nominatur: (*am*) *Starckio* fors ob incle-

inclementiam temporum in trans Rhenanis posito. Reliqua notabimus infra.

(ak) Vide sis D. FRIDERICI *Haber* Doctoris Theologi & in Metropolitana Curionis, Dedicatorias; queis *Theses Theologicas* cum Epitome Romanorum Pontificum CASPARO ADOLPHO iam Episcopo anno 1728. pro prima Theologiæ Laurea nuncupavit. (al) Diar. Seminarii quæ hactenus narravimus subministravit, ne autem putes subfrigido Zelo CASPARUM eiusque Substitutum *Bacharaci* prehensam facile curam, facilius reliquisse ceu P. HIEROTHEI, Provinc. Rhena. Capucin. Lib. IV. cap. II. *De adversis Provinciæ illatis* à domesticis fidei pag. 194. narratione forsan susciperes, pauca ex Diario laudato transcribo, ita ad ann. 1694. habente: „ 1mâ „ *Septemb.* rediit R. D. *Weinrich*, ob difficultates *Bacharaci* opposi- „ tas - - - - - *Weinrich* difficultates, quas ab Officiali F.. pas- „ sus, exposuit. „ (am) Citata Dedicatoria.

1692 CASPARUS WILHELMUS *Fischer*. Is ipsemet in Ephemeridibus notavit sequentia: „ 16. *Junii* rediit *Fischer* à D. „ *Bley* Parocho ad S. EMMERANUM, suscepturus Officium Sub- „ Regentis loco Dni *Schnernauer* „ Anno sequenti præsidente R. P. BRUNONE *Græbner* S. J. Theses de Justitia & Jure defendit, pro secunda putamus Laurea, quo anno die 30. *Julii* finiit Biennium. Pauca ob turbationes bellicas, literis nunc consignata legimus. Id solum legimus anno 1693. eundem accessu ad Vicariatum honoratum fuisse, atque 30. Augusti 1694. munera Sub-Regentis adhuc obiisse. Postea fit Parochus in *Ober-* & *Nider-Ingelnheim*, demum Decanus Capituli *Algesheimensis* & ☙ 4. *Augusti* 1718.

1696 CASPARUS ADOLPHUS *Schnernauer* secundùm. A 1. *Aprilis* usque per duos sequentes annos qua Sub-Regens denuo subit. Nunc quoque ad altiora gradus paravit, anno siquidem 1696.

Licen-

Licentiâ in utroque Jure donatus fuit. (*an*) Die vero 23. Maji 1698. Seminarium reliquit, futurus Decanus & Parochus in *Heidelberg* (*ao*) Ibi anno 1708 à Serenissimo FRANCISCO LUDOVICO in Consiliarium Ecclesiasticum Wormatiensem denominatus, annoque 1709. ad *Commendatariam* Ecclesiæ Collegiatæ ad S. CYRIACUM in *Neubausen* provectus fuit. Eodem anno die 31. Maji recognitæ sunt in plena Vicariatûs Sessione provisionales literæ, queis priori anno 20. *Augusti* datis in Proto-Notarium Apostolicum nominatus fuerat. (*ap*) Anno 1710. jubet Serenissimus Palatinus subscribente *De Hundheim* ut Decanale & Pastorale in *Heidelberg* Salarium pro 1703. 1704. 1705. 1706. restans exsolveretur. Dumque *Antonius Wallreuther* Canonicatu ad B. M. V. *Wormatiæ* spontanea resignatione cessisset, eâdem Præbendâ datis *Wirceburgi* die 26. *Augusti* 1711. ab WILHELMO UDALRICO *de Guttenberg* donatur. Hujus autem Ecclesiæ *Decanus* jam anno sequenti 1712. audit, quando ab Electore Palatino *Düsseldorpii* 24. *Jan.* datis in Consiliarium Ecclesiasticum Palatinum fuit receptus. His defungebatur honoribus usque dum 1716. in Præsidem deligeretur Seminarii.

(*an*) Dedicatoria laudata. (*ao*) Teste originali Authentico. (*ap*) Reliqua ex literis quas vidi originariis adnotata sunt.

1698 à 12. *Junii* ad 1. *Maji* 1709. HENRICUS *Lotz*, *Hassus*. 1694. inter primos Philosophiæ Magistros erat Secundus. Factus Presbyter Festo Ss. Trinitatis, die 29. Maji 1698. Primitias in Seminario celebravit. Ex morte Dñi *Matern* Canonicatu 1700. potitus est *Amœnoburgi*, quo possessionis capiendæ causa die 12. *April.* abiit. Reversus Sub-Regentem egit usque 1709. tunc demum in Patriam & Canonicalem Ecclesiam se recepit, ubi qua Consiliarius Ecclesiasticus & Commissarius in Spiritualibus per Hassiam Moguntinus, nec non Decanus & Parochus ☙ in senectute bona die 10. *Septembr.* 1737.

1709 die 1. *Maji* ANDREAS IGNATIUS *Mayr* præsentatur. Explevit decennium in munere, nempe usque ad *Septembrem* 1719. quo cum titulis Ssæ Theol. D. & U. J. Licentiati *Erfordiam* concessit, ibidem futurus Consiliarius Ecclesiasticus Mogunt. Facultat. Theol. & Judicii Eccles. Assessor, Ssæ Theol. & Sac. Canon. Professor Publ. & Ordinar. & ad B. M. V. Canonicus Capit. ♉ 24. *Januar.* 1730.

1719 in *Novemb.* FRANCISCUS PHILIPPUS *Wolff*, usque ad ann. 1725. sub-Regens, ex tunc Regens.

1725 à *Januario* CHRISTIANUS *Stadelman* *Trajectensis* Belga, usque ad 1729. & mensem Decembrem Sub-Regens. Ssæ Theol. D. Anno 1729. abdicante B. M. V. Parochiam & Canonicatum *Petro Büchel* Commissario Aschaffenburgensi, utramque spartam obtinuit. Inde factus Consiliarius Moguntinus Ecclesiasticus, & ab initio anni 1735. Commissarius in Spiritualibus per Superiorem Archi-Diœcesim amplissimus, usque nunc officium mirâ vigilantiâ tuetur, & liberalitate rarâ Templum B. M. V. è fundamentis novum suo ære ædificat.

1730 à 1. *Januarii* LEONARDUS *Wittmann*, Post Biennium expletum usque hodie Regens laudatissimus.

1732 à *Januario* JOANNES FRANCISCUS *Huth* *Erfurtensis.* Ex Alumno Seminarii *Ingolstadiensis* hic Studiorum Director & mox Sub-Regens factus, Ssæ Theol. & U. J. Licentiatus; anno 1737. evasit in Consiliar. Ecclesiast. Mogunt. Commissarium in Spiritual. per Hassiam, Canonicum, Parochum & Decanum *Amœnoburgi.* Eodem anno 3. Septemb. in Theologiæ Doctorem promovetur. Vivit adhuc per Eichsfeldiam in Spiritualibus Commissarius,

ad S. PETRUM in *Nörthen* Præpositus, Canon. Capit. Amœnoburg. Judicii Provincialis Assessor & Parochus in *Duderstat* à zelo, pietate, liberalitate & comitate multùm celebris.

1737 à 1. *Octobr.* JOANNES ADAMUS *Geiger Clingenbergensis.* Doctorat. Theolog. Candidatus, ex Sacellano ad S. QUINTINUM Sub-Regens ad usque medium Maji 1741, quo Parochiam in *Rüdesheim* indeptus est, eamque adhuc hodie magnæ cum suavitatis & modestiæ laude moderatur.

1741 à medio *Maji* JACOBUS *Adami Francofurtensis*, antea Sacellanus in *Hoffheim*, tum Sub-Regens & Ssæ Theol. D. munia peregit usque ad *Februarium* 1745. quando Parochus factus est in *Bingen.* Postea Decanus Capituli *Algesheimensis*, Candore, probitate & doctrinâ prorsus eximius ☙ 18. *Junii* 1764.

1745 à *Martio* LUDOVICUS PHILIPPUS *Behlen Duderstadiensis*, ex Moderatore Perillustris L. B. de *Groschlag* Sub-Regens, Doctoratus Theol. Candidatus, postea U. J. D. Consiliarius Ecclesiasticus & Sac. Canon. Professor Publ. & Ordinar. anno 1753. è Seminario Moguntino *Romam* concessit, gravissimas ibidem acturus causas, quas cum immensâ laude finiisset, in patriam redux Canonicales cœpit habitare ædes. Hodie adhuc floret Capitulorum ad S. PETRUM & ad *Gradus* B. M. V. Canonicus Capitularis, & postquam *Fiscalis* & Sigilliferi honores tenuisset, nunc Officialis & Protonotarius Metropolitanus ac Judex Generalis, à nupero mense Martio Consiliarius Ecclesiasticus Actualis *Intimus* effulget, magnum exteris ac Mogonis super omnes laudes nomen!

1753 à *Junio* LAURENTIUS *Germershausen Giboldehusanus:* primum Sacellanus ad *S. Quintinum*, tum Parochus in *Gauspizheim*,

heim, exinde Director & Parochus in *Mariaborn* & Ssæ Theol. D. Post *Beblenium* per triennium ferme Sub-Regens; abhinc in *Espelbach* & mutatione inita Parochus in *Weissenau*, nunc à 1759. curat Parochiam in *Oestrich*, magnæ doctrinæ parem in œconomicis felicitatem adjungens.

1756 à *Majo* CAROLUS JOSEPHUS *Luca* *Aschaffenburgensis.* Postquam per aliquot annos animarum curam Sacellanus in *Hattenheim* peregisset, 1753. *Romam* expoliendarum scientiarum causa concessit; inde reversus studiorum Director & tandem Sub-Regens nominatur. . à *Junio* 1758. ad S. EMMERANUM Parochus, mox Ssæ Theol. D. est ab anno 1759. Sacræ Facultatis Assessor, ab anno 1760. Consiliarius Ecclesiasticus. Innovato ad splendorem Parochiali templo ostendit profundiori scientiæ parem sibi esse superni cultûs Zelum, & animi germanam rectitudinem.

1758 à *Junio* JOANNES ADAMUS *Gartler* *Aschaffenburgensis*, antea Professor Rhetorices & Sacellanus Bingæ. Doctoratus Theologici Candidatus; eruditionis politioris & muneris strenue acti causâ *Bingensi* Parochiâ in Julio 1764. donatur & titulis deffinitoris per Capitulum Algesheimense primi, ab introitu honoratur.

1764 à *Julio* SEBASTIANUS FRANCISCUS *Horradam* *Erbacensis* Rhingavus. Ex Sacellano ad S. *Emmeranum* Primissarius loci natalis, Doctoratûs Theologici Candidatus; cui ob assiduos in utroque instruendi genere tam scientiarum quam virtutum labores parem cum Antecessoribus fortunam ex animo precamur.

Nec vili moriens claudetur arena.

CLAUDIAN Lib. I. in *Ruffin.*



